conservationem: appeteret etiam (animus) conservationem sui earumque rerum custodiam; F IV, 27.

consulatus: qui inperia consulatusque ..., muneris fugendi gratia subeundos, non praemiorum aut gloriae causa adpetendos putet; R I, 27.

convictum: (animal) appetens .. convictum hominum ac societatem; F IV, 18.

custodiam: ſ. conservationem.

dolorem: quae ut effugias, quis est non modo recusandus, sed non ultro adpetendus, subeundus, excipiendus dolor? T II, 14.

dominationes: qui etiam liberata iam civitate dominationes adpetiverunt; R II, 48.

imperia: ſ. consulatus.

ius: quid sit, quod ad ius pontificium civile appetatis; L II, 52.

mammam: ea .., quae paulo ante nata sunt, sine magistro duce natura mammas appetunt; N II, 128. qui (Iuppiter) lactens || [lactens] || cum Iunone Fortunae in gremio sedens mammam adpetens castissime colitur a matribus; D II, 85.

partes: quin ... partes .. et corporis et animi et earum rerum ... sua caritate colantur et per se ipsae appetantur; F V, 37.

probitatem: quam (probitatem) qui adpetiverunt; Lae 32.

regnum: cuius dictatoris iussu magister equitum C. Servilius Ahala Sp. Maelium regnum adpetentem occupatum interemit; C 56. num Vecellinum || Viscellinum || amici regnum adpetentem ... debuerunt iuvare? Lae 36.

res: quae (res) primae appetuntur; F III, 17. quod est ultimum rerum appetendarum; F IV, 32. 34. (isti) obliti naturam omnem appetendarum rerum ita late patere, ut ..; F IV, 42.

salutaria: quod ... salutaria appetant parvi aspernenturque contraria; F III, 16.

societatem: ſ. convictum.

solem: cum dormienti ei (Cyro) sol ad pedes visus esset, ter eum scribit frustra adpetivisse manibus; D I, 46.

terram: ipsum .. mare sic terram appetens litoribus alludit || eludit, cludit ||, ut ..; N II, 100.

vacuitatem: ut ne is (animus) quidem virtute una contentus sit, sed appetat vacuitatem doloris; F IV, 36.

virtutes: cum ... eas .. ipsas virtutes viderent nos magnificentius appetere et ardentius; F IV, 4.

voluptatem: omne animal, simul atque natum sit, voluptatem appetere eaque gaudere ut summo bono; F I, 30. simul atque natum animal est, gaudet voluptate et eam appetit ut bonum, aspernatur dolorem ut malum; F II, 31.

applicatio (adp.), Zuneigung, Anſchluß: mihi videtur ... orta amicitia adplicatione magis animi cum quodam sensu amandi quam cogitatione, quantum illa res utilitatis esset habitura; Lae 27.

applico (adp.), anſchließen, richten, wenden: I. alqs: »arce et urbe orba sum. quo accidam? quo applicem?« T III, 44.

II. se: quam (probitatem) qui adpetiverunt, adplicant se ‖ sese ‖ et propius admovent; Lae 32. se, animal, voluptatem: ſ. **ad**, I. applico (9 St.) S. 38, b.

appono (adp.), vorſetzen, beigeben, hinzufügen, aufſtellen: alqm, inlicitatorem: non inlicitatorem venditor, non qui contra se liceatur, emptor apponet; O III, 61.

alqd: iis (legatis) apposuit tantum, quod satis esset, nullo apparatu; T V, 91.
lumen: noctu lumine apposito experrecta nutrix animadvertit puerum dormientem circumplicatum serpentis amplexu; D I, 79.
modum: qui .. vitiis modum apponit; T IV, 42.
viscera: eorum (natorum) viscera apponit; T IV, 77.
visum: cui (viso vero) non adpositum sit visum aliud, quod ab eo nihil intersit; A II, 83.

apporto (adp.), herbeibringen, mit ſich bringen: alqd, vitium: (mercatura) multa undique apportans; O I, 151. »senectus, si nil quicquam aliud viti adportes tecum, cum advenis;« C 25.

apprehendo (adp.), ergreifen, anfaſſen: alqm: eum .. (L. Furium Scipio) ut salutavit, amicissime adprehendit et in lecto suo conlocavit; R I, 17.
alqd: quamvis multa cuiusque modi (oratio) rapiat, nihil tamen teneas, nihil apprehendas || reprehendas ||; F II, 3.
adminicula: vites sic claviculis adminicula tamquam manibus adprehendunt; N II, 120.
atomos: aliae (atomi) alias adprehendentes continuantur; N I, 54.

approbatio (adp.), Billigung, Zuſtimmung: I. accedit: ad quos (poëtas) cum accessit clamor et adprobatio populi; R IV, 9.
est: effectus eloquentiae est audientium adprobatio; T II, 3.
praecurrit: neque hoc quidquam esse turpius quam cognitioni et perceptioni adsensionem approbationemque praecurrere; A I, 45.

II, 1. moveo: hoc decorum ... movet adprobationem eorum, quibuscum vivitur; O I, 98.
2. privo: quae (philosophia) ... spoliat nos iudicio, privat adprobatione omni, orbat sensibus; A II, 61.
3. abhorreo ab: ab omni, quod abhorret ab oculorum auriumque approbatione, fugiamus; O I, 128.
dico de: nunc de adsensione atque adprobatione, quam Graeci *συγκατάθεσιν* vocant, pauca dicemus; A II, 37.
pertineo ad: quae (virtutes) pertinent ad verecundiam et ad eorum approbationem, quibuscum vivimus; O I, 143.

III. facere: ne vinulenti || vinolenti || quidem, quae faciunt, eadem adprobatione faciunt, qua sobrii; A II, 52.

approbo (adp.), zuſtimmen, billigen, anerkennen, behaupten, beweiſen: I. alqs: tantum interest, quod tu, cum es commotus, adsciscis, adsentiris, adprobas; A II, 141. non modo non repugnantibus, verum etiam approbantibus nobis; F I, 62. cum adprobavisset Laelius; R I, 38.
di: te ... adprobantibus dis inmortalibus ipsis in eorum coetu locatam; fr IX, 11.
senatus: quod .. genus legationis ego consul ... adprobante senatu frequentissimo ... sustulissem; L III, 18.
viri: bonis viris si non desiderantibus, at tamen adprobantibus; O II, 58.
II, 1. ut: ſ. III. alqd; F III, 43.

2. accus. c. infin.: nec magis adprobabit nunc lucere, quam ... hunc mundum esse sapientem; A II, 119. non .. magis adsentiuntur nec adprobant lucere nunc, quam, cum cornix cecinerit, tum aliquid eam .. iubere; A II, 128. veram .. fuisse obnuntiationem ... exitus adprobavit; D I, 29. ſ. III. alqd; T IV, 56.

III. alqd: nihil oportere neque profiteri neque adfirmare quemquam neque adsensione approbare; A I, 45. si ulla sententia cuiusquam esse potest nihil adprobantis; A II, 29. quid .. est tam futtile || futile ||, quam quicquam adprobare non cognitum? A II, 59. hoc negas te posse nec adprobare nec improbare; qui igitur magis illud? A II, 96. cum (sapiens) se a respondendo, ut aut adprobet quid aut improbet || [ut ... improbet] ||, sustineat; A II, 104. an est aliquid, quod positum (sapiens) vel improbare vel adprobare possit, dubitare non possit? A II, 107. qui igitur id adprobat, quasi percipiat, nullam rem percipit; A II, 128. quo posito et omnium assensu approbato illud assumitur; F III, 29. ut hoc idem approbandum sit nobis, ut, qui plura habeat ea ..., sit beatior; F III, 43. etiam qui illa aut non adprobant aut non studiosissime consectantur; T II, 8. qui id adprobari || quis id adprobare, al. || possit, aegritudinem suspicere pro experientia, si quid habere velis? T IV, 56. quod .. expetendum (est), id certe adprobandum; quod vero adprobaris, id gratum acceptumque habendum; T V, 45. cum id et Philus et Manilius et Mummius admodum adprobavissent *; R I, 34. hoc cum omnes adprobavissent; R II, 4. quae si adprobatis, pergam ad reliqua; L I, 32. quod pater familias in eius donatione, qui in ipsius potestate est, adprobavit, ratum est; quod eo insciente factum est, si id is non adprobat, ratum non est; L II, 50. si .. nec certi est quidquam nec opinari sapientis est, nihil umquam sapiens approbabit; fr V, 100. ſ. falsum; A II, 66.
comitia: populi comitia ne essent rata, nisi ea patrum adprobavisset auctoritas; R II, 56.
dictum: quia dictum id risu adprobavisset; T V, 60.
distinctionem: hanc distinctionem utrique adprobant; Fa 45.
eventum: vim et eventum agnosco, scio, adprobo; D I, 16.
falsum: ipse sapiens sustinet se, in furore || se in furore, || ne adprobet falsa pro veris; A II, 53. nec tamen ego is sum, qui nihil umquam falsi ad probem; A II, 66.
ignaviam, iniustitiam, intemperantiam: nihil interest, utrum moderatas perturbationes adprobent an moderatam iniustitiam, moderatam ignaviam, moderatam intemperantiam; T IV, 42.
interitum: [ne hostis quidem ... interitum cum scelere (senatus) approbavit]; O I, 40.
magnitudinem: ſ. rem; A II, 128.
perturbationes: ſ. ignaviam.
rem: cum aut falsa aut incognita res approbaretur; A I, 45. (animal) non potest obiectam rem perspicuam non adprobare; A II, 38. quas (res virtus) adprobavit; A II, 39. qui ceteras res eodem modo quo || modo || magnitudinem solis adprobat; A II, 128.
verbum: neque .. illud verbum temere consuetudo adprobavisset; D I, 65.
vim: ſ. eventum.
visum: cum (visum) acceptum iam et approbatum esset, comprehensionem appellabat; A I, 41. neque tamen omnia eius modi visa adprobari || adprobavit ||, sed ea, quae nulla re impedirentur; A II, 104.

IV. mit doppeltem Accuſativ: quae prima natura approbavisset; F II, 42.

appropinquatio (adp.), Annäherung, Herannahen: I. angit: quarta restat causa, quae

maxime angere atque sollicitam habere nostram aetatem videtur, adpropinquatio mortis; C 66.

II. angi: cum ... angantur appropinquatione mortis confecti homines senectute; F V, 32.

appropinquo (adp.), herannahen, ſich nähern, nahe daran ſein: I. alqs: qui ad summam aquam iam appropinquent; F IV, 64.

malum: timorem metum mali adpropinquantis (definiunt); T IV, 19. cui miseriae proxumus est is, qui adpropinquans aliquod malum metuit; T IV, 35.

mors: cui, mors cum appropinquet, non »refugiat timido sanguen atque exalbescat metu?« F V, 31. adpropinquante morte (animus) est divinior; D I, 63. id ... facilius evenit adpropinquante morte, ut animi futura augurentur; D I, 64.

pater: »postquam || posquam || pater adpropinquat iamque paene ut conprehendatur parat;« N III, 67.

rex: nostri consules regem inimicissimum moenibus iam appropinquantem monuerunt, ... ut caveret; F V, 64.

II. ut: qui (catulus) iam appropinquat ut videat; F III, 48.

appulsus (adp.), Annäherung, Einwirkung: I. sentio: ut omnes ictus omnesque minimos et frigoris et caloris adpulsus sentire possimus; N II, 141.

II. exardescere: quod pars earum (regionum) adpulsu solis exarserit, pars obriguerit nive pruinaque longinquo solis abscessu; N I, 24.

somniare: tribus modis (Posidonius) censet deorum adpulsu homines somniare; D I, 64.

apricatio, Aufenthalt im Sonnenſchein: ubi .. potest illa aetas .. calescere vel apricatione melius vel igni? C 57.

apricor, ſich ſonnen: offecerat videlicet (Alexander Diogeni) apricanti; T V, 92.

apricus, ſonnig: placitum est, ut in aprico maxime pratuli loco ... considerent; R I, 18.

apte, genau, paſſend, geſchickt: cado: quinque formae ... apte cadentes ad animum afficiendum || eff. || pariendosque sensus; N I, 19. quae .. (sortes) ductae ut in rem apte cadant, fieri credo posse divinitus; D I, 34. si ... eius verbum aliquod apte ceciderit ad id, quod ages aut cogitabis; D II, 83.

cohaereo: ita apte (mundus) cohaeret, ut dissolvi nullo modo queat nisi ..; Ti 15.

conligo: quorum corpora viva cum mortuis adversa adversis accommodata quam aptissime colligabantur; fr V, 95.

contineo: ore .. (gustatus) continetur et ad usum apte et ad incolumitatis custodiam; N II, 145.

convenio: si cothurni laus illa esset, ad pedem apte convenire; F III, 46.

dico: ipsa illa ... polite apteque dixerunt; F IV, 5. quod est oratoris proprium, apte, distincte ornate dicere; O I, 2.

edo: qua (oratione animus) praecepta salutis et laudis apte ad persuadendum edat suis civibus; L I, 62.

facio: cum inciderit, ut id apte fieri possit; F I, 7. quo nihil fieri potest aptius; N II, 47. palpebrae ... aptissime factae et ad claudendas pupulas ... et ad aperiendas; N II, 142. facile iudicabimus, quid eorum apte fiat, quid ab officio naturaque discrepet; O I, 146.

fero: ut, quemcumque casum fortuna invexerit, hunc apte et quiete ferat; T IV, 38.

gero: quae .. (arma) ita geruntur apte, ut ..; T II, 37.

pendeo: ſ. **aptus,** Fragment.

elliptiſch: ista ipsa, ... divitem solum esse, sapientem, a te quidem apte ac rotunde; F IV, 7.

aptus, angefügt, abhängend, haftend, entſpringend, zuſammengefügt, verbunden, ausgeſtattet, paſſend, geeignet, tauglich: alqs: natura sumus apti ad coetus, concilia, civitates; F III, 63. ut .. communiter ad eas virtutes apti essemus; F IV, 4. quod alii ad alia bona sunt aptiores; T IV, 28. ad quam quisque maxume rem aptus futurus sit; D II, 90. si sunt ad rem militarem apti; O I, 74. ad quas .. res aptissimi erimus, in iis potissimum elaborabimus; O I, 114. ut quisque minimum esse in se arbitraretur, ita ad amicitiam esset aptissimus; Lae 29. nemo potest non beatissimus esse, qui est totus aptus ex sese; P 17. ille ... ad illud astrum, quocum aptus fuerit, revertetur; Ti 45.

alqd: huic aetati hoc maxime aptum est; A I, 11. quod aptissimum est ad quiete vivendum; F I, 52. quod coniunctione tali sit aptius; F I, 70. quam .. appellant *εὐδοξίαν*, aptius est bonam famam hoc loco appellare quam gloriam; F III, 57. qua (natura) nihil est aptius, nihil discriptius || descr. ||; F III, 74. etsi .. illud erat aptius, aequum cuique concedere; F IV, 2. ut ... (sint) omnia inter se apta et conexa; F IV, 53. ex ea (ratione) quae sint apta; F IV, 58. quae Zeno aestimanda et sumenda et apta naturae esse dixit; F IV, 60. id ... aptum et accommodatum naturae esse oportere; F V, 17. quod diximus naturae esse aptum et accommodatum; F V, 23. coeptat .. (animal) et ea, quae naturae sentit apta, appetere et propulsare contraria; F V, 24. extrema illa et summa ... sua cuique (animali) propria et ad id apta (sint), quod cuiusque natura desideret; F V, 25. ut animantibus, sic illis (rebus) et apta quaedam ad naturam putare et aliena; F V, 39. quia, cum id non habeas, quod tibi nec usu nec natura sit aptum, non careas; T I, 87. cui viro .. ex se ipso apta sunt omnia, quae ad beate vivendum ferunt; T V, 36. quam sint omnia in hominis figura non modo ad usum, verum etiam ad venustatem apta; N I, 47. quod .. undique aptum atque perfectum expletumque sit omnibus suis numeris et partibus; N II, 37. cum ... tam .. inter se omnia conexa et apta viderit; N II, 97. quod ... mundus .. ita cohaeret ad permanendum, ut nihil ne excogitari quidem possit aptius; N II, 115. quam .., etiamsi minus vera, tamen apta inter se et cohaerentia (dicta sint); N III, 4. quid dicis melius? ... si aptius ad utilitates nostras, id quoque adsentior; N III, 21. nihil .. tam aptum est ad ius condicionemque naturae ... quam imperium; L III, 3. quod et aetati tuae esset aptissimum et auctoritati meae; O I, 4. quod verum, simplex sincerumque sit, id esse naturae hominis aptissimum; O I, 13. quid aptum sit personis, temporibus, aetatibus; O I, 125. ut iis (histrionibus, oratoribus) haec apta sint, nobis dissoluta; O I, 129. ut, quem ad modum in oratione constanti, sic in vita omnia sint apta inter se et convenientia; O I, 144. omnium .. rerum nec aptius est quicquam ad opes tuendas ... quam diligi nec alienius quam timeri; O II, 23. nihil est .. tam naturae aptum, tam conveniens ad res vel secundas vel adversas; Lae 17. (animus) cetera diiudicat, quid cuique rei sit maxime aptum; Ti 27.

adfectiones: moderati aequabilesque habitus, affectiones ususque corporis apti esse ad naturam videntur; F V, 36.

aether: tenuis ... aether non satis aptus ad stellas continendas videtur; N II, 54.
animal: quod (animal) esset ad cultum deorum aptissumum; Ti 43.
animus: ut ... ad scientiam, prudentiam, fortitudinem aptos animos haberemus a contrariisque rebus alienos; F V, 43. conturbatus animus non est aptus ad exsequendum munus suum; T III, 15.
arma: aptissima omnino sunt ... arma senectutis artes exercitationesque virtutum; C 9.
caelum: qua ex coniunctione caelum ita aptum est, ut sub aspectum et tactum cadat; Ti 15.
causa: cum (cogitatio) rerum causas alias ex aliis aptas et necessitate nexas videt; T V, 70. quid proficiatur, si ea causa non ex aeternis causis apta dicatur? Fa 34.
commissurae: (ossa) commissuras habent .. ad stabilitatem aptas; N II, 139.
communitas: quae (communitas) maxime est apta naturae; O I, 159.
commutationes: cum videmus ... commutationes .. temporum quadrupertitas ad maturitatem frugum et ad temperationem corporum aptas; T I, 68.
compositio: ut .. pulchritudo corporis apta compositione membrorum movet oculos, ... sic ..; O I, 98.
fervor: aptior (ille fervor *est*) ad sensus commovendos, quam hic noster calor; N II, 30.
Fides: praeclare Ennius: »o Fides alma apta pinnis!« O III, 104.
figura: corporis .. nostri partes totaque figura et forma et statura quam apta ad naturam sit, apparet; F V, 35. ut corporis est quaedam apta figura membrorum cum coloris quadam suavitate, ... sic ..; T IV, 31. figuram .. corporis habilem et aptam ingenio humano (natura) dedit; L I, 26.
forma: ſ. figura; F V, 35.
fortuna: qui (Laco) ... „non sane optabilis ista quidem“, inquit, „rudentibus apta fortuna“; T V, 40.
genus: quartum (genus honesti) sequitur .. aptum ex illis tribus; F II, 47.
gladius: fulgentem gladium e lacunari saeta equina aptum demitti iussit; T V, 62.
habitus: ſ. adfectiones.
homo: Epicurus iocetur, homo non aptissimus ad iocandum; N II, 46.
ingenia licet videre acutiora ingenia et ad intellegendum aptiora eorum, qui ..; N II, 42.
initia: dicitis initia proponi necesse esse apta et accommodata naturae; F IV, 46.
interrogatio: qui .. nihil partiuntur, nihil apta interrogatione concludunt; A I, 5.
locus: erit hoc de genere nobis alius aptior dicendi locus; R II, 48. nobis mox de instituendis ... civitatibus aptiorem .. fore disserundi locum; R II, 65. ordinem (Stoici) sic definiunt: compositionem rerum aptis et accommodatis locis; O I, 142.
manus: quam vero aptas ... manus natura homini dedit! N II, 150. ad pingendum, ad fingendum, ad scalpendum ad nervorum eliciendos sonos ac tibiarum apta manus est admotione digitorum; N II, 150.
mens: ad rerum .. scientiam vitaeque constantiam aptissima cum sit mens hominis; A II, 31.
mollitudo: inest ... mollitudo ad hauriendum spiritum aptissima; N II, 136.
motus: qui (motus corporis) ad naturam apti sunt; O I, 100. motum enim (deus) dedit caelo eum, qui figurae eius esset aptissimus; Ti 19.
mundus: ita esse eum (mundum) undique aptum, ut ..; A II, 119. ut mundus quam aptissimus sit ad permanendum; N II, 58.
nox: umbram noctemque efficiat cum ad numerum dierum aptam, tum ad laborum quietem; R IV, 1.
officium: ex quo (honesto) aptum est officium; O I, 60. placet .. aptiora esse naturae ea officia, quae ex communitate, quam ea, quae ex cognitione ducantur; O I, 153.
orator: oratorem .. complexi sumus, nec eum primo eruditum, aptum tamen ad dicendum; T I, 5.
ornatus: quoniam ... id .. (decorum) positum est in tribus rebus, formositate, ordine, ornatu ad actionem apto; O I, 126.
os: ad haec omnia percipienda os est aptissimum; N II, 134.
pallium: cum id (pallium) esse aptum ad omne anni tempus || ad o. a. t. aptum || diceret; N III, 83.
pars: quod est nemo, quin ... aptas malit et integras omnis partis corporis quam detortas habere; F III, 17. quae (pars) sit ad gignenda animantia aptissima; N II, 42. partes corporis et ad procreandum et ad concipiendum aptissimae; N II, 128. ſ. figura; F V, 35.
partitio: quae est ... ad bene vivendum aptior partitio quam illa? F I, 45.
pastus: pastum .. animantibus large et copiose natura eum, qui cuique aptus erat, comparavit; N II, 121.
pecus: quod (pecus) erat ad vescendum hominibus apta; N II, 160.
persona: quia nulla videbatur aptior persona, quae de illa aetate loqueretur, quam eius, qui ..; Lae 4.
ratio: cuius (summi rectoris) ad naturam apta ratio vera illa et summa lex a philosophis dicitur; F IV, 11. lex vera atque princeps apta ad iubendum et ad vetandum ratio est recta summi Iovis; L II, 10.
res: ut (res) haberentur aestimabiles || aptae [habiles] || et ad naturam accommodatae; F IV, 56. ut alia (res) ex alia nexa et omnes inter se aptae conligataeque videantur; N I, 9.
statura: ſ. figura; F V, 35.
venae: aeris, argenti, auri venas ... ad usum aptas; N II, 151.
verba: ut verbis utamur quam usitatissimis et quam maxime aptis, id est rem declarantibus; F IV, 57. ea dicta sunt a te, nec minus plane [verbis] quam dicuntur a Graecis [aptis]; F V, 96.
vinculum: vinculorum id est aptissimum atque pulcherrimum, quod ..; Ti 13.
vita: ex qua re una vita omnis apta est; A II, 31. ex natura vivere ..., id est vita modica et apta || e || virtute perfrui; L I, 56. ad claritatem amplitudinemque aptior eorum (vita est), qui ..; O I, 70. quae (vita) omni gestu moderatior, omni versu aptior esse debet; P 26.
umbra: vgl. nox. — usus: ſ. adfectiones.
Fragment: altera est nexa cum superiore et inde apta atque || apteque, al. || pendens; fr V, 52.

apud, bei, vor, in der Nähe, in Gegenwart: I. **nach Verben:** accido: Agim regem, quod numquam antea apud eos (Lacedaemonios) acciderat, necaverunt; O II, 80.
adhibeo: ſ. defendo.
adsequor: quae (sapientia) ... causarum .. cuiusque rei cognitione hoc pulcherrimum nomen apud antiquos adsequebatur; T V, 7.
ago: apud quos (actor) agit; L III, 40. quoniam apud Graecos iudices res agetur; T I, 10.
appareo: quod hodie apparet apud Regillum tamquam vestigium ungulae; N III, 11.
ceno: cum (Timotheus) cenavisset apud Platonem; T V, 100. [hodie apud inferos fortasse cenabimus]; T I, 101.

colo: hi ... apud quosdam etiam multo magis (coluntur); N III, 45. in quo tantopere apud nostros iustitia culta est, ut ..; O I, 35.

confligo: Torquatum ... cum Latinis tertio consulatu conflixisse apud Veserim propter voluptatem; F I, 23.

conloco: melius apud bonos quam apud fortunatos beneficium collocari puto; O II, 71.

consecro: multa .. alia portenta apud eosdem (Aegyptios) et cuiusque generis beluas numero consecratas deorum; deinde Graeciae, sicut apud nos, delubra magnifica humanis consecrata simulacris; R III, 14.

consequor: cum apud eos ipsos ... nemo unius anni memoriam consequi possit; R VI, 24.

constituo: mihi .. non apud Medos solum, ... sed etiam apud maiores nostros ... videntur .. bene morati reges constituti; O II, 41.

creo: qui (praefectus) apud Graecos creari solet; R IV, 6. Graeci hoc diligentius, apud quos νομοφύλακες creabantur || creantur ||; L III, 46.

criminor: C. Marius ... Q. Metellum ... apud populum Romanum criminatus est bellum illum ducere; O III, 79.

defendo: apud quos (iudices) nec te L. Crassus defendet nec M. Antonius nec ... poteris adhibere Demosthenen ‖ Demosthenem ||; T I, 10.

depono: Alexander in Cilicia deposuisse apud Solensis in delubro pecuniam dicitur; L II, 41. si gladium quis apud te sana mente deposuerit, repetat insaniens; O III, 95. qui apud te pecuniam deposuerit; O III, 95.

depugno: si voluptatis causa cum Gallo apud Anienem depugnavit provocatus; F II, 73. cum tribunus militaris depugnavi apud Thermopylas M'. Glabrione consule; C 32.

deversor: cum Athenis imperator apud eum (Aristum) deversarer; T V, 22.

dico: ut eum (filium) ... causam apud se dicere iuberet; F I, 24. pro qua (sententia) non in senatu, non in contione, non apud exercitum neque ad censores dicere audeant; T III, 51. apud imperitos tum illa dicta sunt; F IV, 74. apud imperitos (ille) audebat haec dicere? R I, 23. cum ... multi ... adulescentes et apud iudices et apud populum et apud senatum dicendo laudem assecuti sint; O II, 49.

disco: qui (Antiochus) haec ipsa ... didicit apud Philonem tam diu, ut ..; A II, 69.

edo: apud eosdem (censores), qui magistratu abierint, edant et exponant, quid in magistratu gesserint; L III, 47.

educo: apud quem (Lycomedem Neoptolemus) erat educatus; Lae 75.

evomo: apud quem evomat virus acerbitatis suae; Lae 87.

expono: ſ. edo.

exsulo: cum Hannibali apud eum (regem Prusiam) exsulanti depugnari placeret; D II, 52.

facio: quod .. propter aëris crassitudinem de caelo apud eos (Etruscos) multa fiebant; D I, 93. necesse est ortus occasusque siderum non fieri eodem tempore apud omnis; D II, 92. quod multa intelleges etiam aliunde sumta meliora apud nos multo || [multo] || esse facta, quam ..; R II, 30. (Themistocles) fecit idem, quod XX || viginti || annis ante apud nos fecerat Coriolanus; Lae 42. ut, corpora cremata cum scirent, tamen ea fieri apud inferos fingerent, quae ..; T I, 37. cum .. eodem tempore apud Lebadiam Trophonio res divina fieret; D I, 74. quod apud maiores nostros saepe fiebat; O II, 74.

factito: haec apud maiores nostros factitata; O II, 85.

fluo: illi, qui fluere apud inferos dicuntur, Acheron, Cocytus, Pyriphlegethon; N III, 43.

frequento: ſ. nascor; R I, 5.

glorior: licet .. mihi, M. || Marce || fili, apud te gloriari; O I, 78.

habeo: quod .. Staseam Neapolitanum multos annos habueris apud te; F V, 8. quae (innocentia) apud Graecos usitatum nomen nullum habet, sed habere potest ἀβλάβειαν; T III, 16. apud eum quem habet locum fortitudo? O III, 117. — orationem: si mihi apud aliquos agrestes haec habenda esset oratio; P 33.

habito: qui (Diodotus) habitat apud me; A II, 115.

improbo: omnes .. incitantur ad studia gloria, iacentque ea semper, quae apud quosque improbantur; T I, 4.

lateo: ubi .. apud antiquiores latuit amor iste investigandae veritatis? fr V, 32.

lego: legi apud Clitomachum ... A. Albinum ... iocantem dixisse Carneadi ..; A II, 137.

loquor: mene ergo et Triarium dignos existimas, apud quos turpiter loquare? F II, 74. apud alios loqui videlicet (Demosthenes) didicerat, non multum ipse secum; T V, 103. apud prudentes .. homines ... cum loquar; R I, 38. ut apud imperitos isto modo loquar; F II, 74. cum .. apud prudentissimos loquar; P 33.

nascor: quae (exempla) nata et frequentata apud illos (Athenienses); R I, 5. apud Hypanim fluvium ... Aristoteles ait bestiolas quasdam nasci, quae unum diem vivant; T I, 94.

polleo: nec est ulla res, quae plus apud eum polleat quam ipsius voluntas atque iudicium; P 34.

possum: haec eius (philosophiae) vis non idem potest apud omnis; T II, 11.

praedico: apud quos (propinquos) de mortui laude † quomni quid veri erat praedicatum; L II, 63.

profiteor: quae (opiniones) in senatu, quae apud populum ... profitendae sint; F II, 77.

pugno: cum male pugnatum apud Caudium esset; O III, 109. cum apud Delium male pugnatum esset Lachete praetore; D I, 123. ut .. apud Regillum bello Latinorum ... in nostra acie Castor et Pollux ex equis pugnare visi sunt; N II, 6.

queror: Homericus Aiax apud Achillem querens de ferocitate Troianorum nescio quid; D II, 82.

reperio: materiam .. rerum et copiam apud hos exilem, apud illos uberrimam reperiemus; F IV, 12 (13).

scribo: aegre tulisse P. Rupilium fratris repulsam consulatus scriptum apud Fannium est; T IV, 40. quod scriptum apud te est de Ti. Graccho; D I, 33. ut scriptum apud Philistum est, et doctum hominem et diligentem; D I, 39. apud Agathoclem scriptum in historia est Hamilcarem ... visum esse audire vocem; D I, 50. ut scriptum apud eundem Coelium est; D I, 56.

sedeo: apud quem (focum) sedens ille || ille sedens || Samnitium ... dona repudiaverat; R III, 40.

sum: apud nostros .. non ignoras quae sit et quanta subtilitas; A I, 6. nec ullum arbitror, ut apud Platonem est, maius aut melius a dis datum munus homini; A I, 7. haec quidem fuit apud eos morum institutio; A I, 23. postridie, .. quam apud Catulum fuissemus; A II, 9. in rebus minime obscuris non multus est apud eos disserendi labor; F III, 40. erat .. apud eos ... dicendi exercitatio duplex; F IV, 6. nec in summa .. ipsa .. varietas est ulla apud hos quidem; F V, 12. „configebat (Philoctetes) tardus celeres, stans volantes," ut apud Attium est; F V, 32.

mirabilis est apud illos (Stoicos) contextus rerum; F V, 83. an censemus ... non multos etiam apud nos futuros Polyclitos et Parrhasios fuisse? T I, 4. nihil est .. apud istos, quod non atomorum turba conficiat; T I, 22. apud quos eorum ludorum, qui gymnici nominantur, magnus honos sit; T II, 62. videsne, quanta fuerit apud Academicos verecundia? T IV, 47. Hectorem, quem ad modum est apud Homerum, toto pectore trementem; T IV, 49. est apud Heraclitum physicum de principe Ephesiorum Hermodoro; T V, 105. „sin quis extiterit, alio in loco et apud alios sit“; T V, 105. firmiores .. videas apud eos opiniones esse de bestiis quibusdam quam apud nos de sanctissimis templis et simulacris deorum; N I, 81. quarum (Eumenidum) et Athenis fanum est et apud nos, ut ego interpretor, lucus Furinae; N III, 46. quid huius (Medeae) Absyrto fratri (respondebis), qui est apud Pacuvium Aegialeus? N III, 48. est apud Platonem Socrates ... dicens Critoni ... sibi post tertium diem esse moriendum; D I, 52. ut apud Ennium est, »qui sui quaestus causa fictas suscitant sententias«; D I, 88. quid est illo auspicio divinius, quod aqud te in Mario est? D I, 106. Romulus augur, ut apud Ennium est, cum fratre item augure ... »dant operam«; D I, 107. quamquam semper fuit, ut apud Ennium est, »stolidum genus Aeacidarum«; D II, 116. cum esset apud se ad Lavernium Scipio; Fa, fr. 5. quorum summa est auctoritas apud doctissimos homines et gloria; R I, 12. cum (C. Sulpicius Gallus) ... esset casu apud M. Marcellum; R I, 21. qui fuit quodam tempore apud Athenienses triginta *virorum* consensus et factio; R I, 44. apud quos (Rhodios) nuper fuimus una; R III, 48. quamquam et apud Herodotum, patrem historiae, et apud Theopompum sunt innumerabiles fabulae; L I, 5. si opiniones aliae sunt apud alios; L I, 32. quoniam sermo mihi est apud vos; L II, 41. de sepulchris .. nihil est apud Solonem amplius, quam ..; L II, 64. quod .. est apud Ennium: »nulla sancta societas nec fides regni est«; O I, 26. ut .. apud Platonem est, omnem morem Lacedaemoniorum inflammatum esse cupiditate vincendi; O I, 64. de qua (ambitione) praeclare apud eundem est Platonem; O I, 87. quod Herculem Prodicus dicit, ut est apud Xenophontem, ... exisse in solitudinem; O I, 118. de quo (latrone) est apud Theopompum; O II, 40. apud Homerum, optumum auctorem, talis de Ulixe nulla suspicio est; O III, 97. ut ... verum .. sit illud, quod est apud Aristotelem; fr V, 95. auctorem: ſ. alqm; O III, 97. qui videant, quanta sit etiam apud deos moderatio, quantus ordo; F IV, 11. nulla est apud deos cognitio, nulla perceptio; N I, 80. arbitror multas esse gentes sic inmanitate efferatas, ut apud eas nulla suspicio deorum sit; N I, 62. si .. apud inferos miseri non sunt, ne sunt quidem apud inferos ulli; T I, 11. morem apud maiores hunc epularum fuisse, ut ..; T IV, 3. apud maiores tanta religionis vis fuit, ut ..; N II, 10. quo in genere Marcios quosdam fratres ... apud maiores nostros fuisse scriptum videmus; D I, 89. quae (scientia) mihi videtur apud maiores fuisse duplex; L II, 33. id .. etiam apud maiores nostros erat; L III, 46. patrem: ſ. alqm; L I, 5. ut sit aliquod etiam populi ius, ut fuit apud nostros reges; R II, 43. cum (C. Fabricius) apud regem Pyrrhum legatus esset; C 43. illi (Spartiatae) .. voluerunt nihil horum simile esse »apud Lacaenas virgines;« T II, 36. — in honore: in summo apud illos (Graecos) honore geometria fuit; T I, 5.

valeo: haec eadem num censes apud eos ipsos valere nisi admodum paucos? T II, 11. haud scio, an recte ea virtus frugalitas appellari possit, quod angustius apud Graecos valet; T III, 16. apud me, ut apud bonum iudicem, argumenta plus quam testes valent; R I, 59. plus apud me antiquorum auctoritas valet; Lae 13. quamquam blanda ista vanitas apud eos valet, qui ipsi illam adlectant; Lae 99. plus apud me .. vera ratio valebit quam vulgi opinio; P 8. iudicem: ſ. alqm; R I, 59. per hospites apud externos populos valere opibus et gratia; O II, 64.

video: praesentis videmus deos, ut apud Regillum Postumius, in Salaria Vatinius; N III, 11.

vigeo: apud quos .. venandi et equitandi laus viget; T II, 62.

vinco: quorum alter cum vicisset Lacedaemonios apud Mantineam; F II, 97.

vivo: quibuscum apud quosque vivamus; O I, 126.

utor: qua (oratione) facit eum (Socratem) Plato usum apud iudices; T I, 97.

II. **nach Adjectiven:** gratiosus: qui (Pythius) esset ut argentarius apud omnes ordines gratiosus; O III, 58.

situs: C. Marii sitas reliquias apud Anienem dissipari iussit Sulla victor; L II, 56.

III. **nach Substantiven:** alqs: apud Euripidem Hercules ... non perinde movebatur falsis, ut veris moveretur? A II, 89. ille apud Trabeam „voluptatem animi nimiam“ laetitiam dicit eandem, quam ille Caecilianus; F II, 13. neque ... ut || [ut] || ille apud Terentium, ... inimicus ipse sibi putandus est; F V, 28. qui ... obduruisse .. iam sese contra fortunam arbitrantur, ut ille apud Euripidem: »si mihi ..;« T III, 67. Oileus ille apud Sophoclem, ... is cum audivisset de suo (Aiace), fractus est; T III, 71. aliter .. Naevianus ille gaudet Hector, ... aliter ille apud Trabeam; T IV, 67. vgl. IV. alqm; T I, 107. II, 1.

alqd: illud .. apud Accium: »fregistin fidem? neque dedi neque do infideli cuiquam« ... luculente dicitur; O III, 102. vgl. IV. Sagram.

auctoritas: ſ. I. sum; R I, 12.

Cerberus: num te illa terrent, triceps apud inferos Cerberus, Cocyti fremitus? T I, 10.

exempla: hinc .. illa et apud Graecos exempla; R I, 5.

gloria: ſ. I. sum; R I, 12.

gratia: (Sp. Cassium) summa apud populum gratia florentem quaestor accusavit; R II, 60.

nutrix: sunt .. alii, quos ... cum .. solitudine loqui .. delectat, ut illa apud Ennium nutrix: »cupido ..;« T III, 63.

oratio: ſ. I. habeo. utor.

pastor: ille apud Accium pastor ... primo admirans et perterritus hoc modo loquitur; N II,89.

portenta: quae quondam credebantur apud inferos portenta; N II, 5.

proelium: nescio quid etiam de Locrorum apud Sagram proelio; N III, 11.

sermo: ſ. I. sum; L II, 41.

IV. **zum ganzen Satz gehörig** (vgl. I. accido, consecro, creo, u. a.): quod ipsum (*ποιότης*) apud Graecos non est vulgi verbum, sed philosophorum; A I, 25. apud quem (Lucilium) praeclare Scaevola: »Graecum te ..«, F I, 9. ut .. sit apud illos ... ordo rerum conservatus; F IV, 53. cum apud Graecos antiquissimum e doctis genus sit poëtarum; T I, 3. apud Graecos ... Hercules tantus et tam praesens habetur deus; T I, 28. exsecratur luculentis sane versibus apud Ennium Thyestes, primum ut naufragio pereat Atreus; T I, 107. Neoptolemus .. apud Ennium „philosophari sibi“ ait „necesse esse, sed paucis“; T II, 1. quas hic (Hercules) voces apud Sophoclem in Trachiniis edit! T II, 20. quo modo fert apud

eum (Aeschylum) Prometheus dolorem! T II, 23. apud illum (Sophoclem) . . perquam flebiliter Ulixes lamentatur in volnere; T II, 49. quae apud Homerum Achilles queritur hoc, ut opinor, modo: »corque meum ..«; T III, 18. apud Euripiden || Euripidem || a Theseo dicta laudantur; T III, 29. ut apud Homerum cotidianae neces interitusque multorum sedationem maerendi adferunt, apud quem ita dicitur: »namque . .«; T III, 65. sine hac gladiatoria iracundia videmus progredientem apud Homerum Aiacem multa cum hilaritate; T IV, 49. quid apud Euripidem et loquatur et cupiat Laius; T IV, 71. rotam [id est genus quoddam tormenti apud Graecos]; T V, 24. apud quem (Platonem) saepe haec oratio usurpata est, ut ..; T V, 34. cum apud C. Cottam, familiarem meum, .. de dis inmortalibus disputatum est; N I, 15. „unde .. hanc (mentem) homo arripuit?“ ut ait apud Xenophontem Socrates; N II, 18. qui Dives, ut apud Graecos *Πλούτων*, quia et recidunt omnia in terras et oriuntur e terris; N II, 66. ut apud Graecos Dianam, eamque Luciferam, sic apud nostros Iunonem Lucinam in pariendo invocant; N II, 68. nec solum, ut apud Homerum, ... sed etiam, ut cum Titanis ... (di) sua propria bella gesserunt; N II, 70. (Arctoe). »ex his altera apud Graios Cynosura vocatur, altera dicitur esse Helice«; N II, 105. quaerit apud Xenophontem Socrates, unde animum arripuerimus; N III, 27. apud quos (Alabandenses) non inurbane Stratonicus ...: „ergo“, inquit ..; N III, 50. *Διόσκουροι* etiam apud Graios multis modis nominantur; N III, 53. eodem .. nomine (Theuth) anni primus mensis apud eos (Aegyptios) vocatur; N III, 56. narrat ... apud Ennium Vestalis illa: »eccita ..«; D I, 40. alia .. subito ex tempore coniectura explicantur, ut apud Homerum Calchas; D I, 72. apud Stoicos de isto fato multa dicuntur; D II, 19. quod Platonis Politian nuper apud me mures corroserunt, de re publica debui pertimescere; D II, 59. quod apud Homerum Calchantem dixisti ex passerum numero belli Troiani annos auguratum; de cuius coniectura sic apud Homerum . . . loquitur Agamemnon: »ferte ..«; D II, 63. apud Troglodytas, ut scribitur, ante solstitium (Canicula exoritur); D II, 93. quem (diem) apud Ennium et in maximis annalibus consignatum videmus; R I, 25. tum fit illud, quod apud Platonem est luculente dictum; R I, 65. facilius, ... quam si mihi aliquam (rem publicam), ut apud Platonem Socrates, ipse finxero; R II, 3. ut, quae ipse reperias, tribuere aliis malis quam, ut facit apud Platonem Socrates, ipse fingere; R II, 22. quam ... amores soluti ...! mitto apud Eleos et Thebanos, apud quos in amore ingenuorum libido etiam permissam habet et solutam licentiam; R IV, 4. ut apud eum (Aristophanem) Sabazius et quidam alii dei peregrini iudicati e civitate eiciantur; L II, 37. mihi .. antiquissimum sepulturae genus illud fuisse videtur, quo apud Xenophontem Cyrus utitur; L II, 56. cui nomen neniae, quo vocabulo etiam *apud* Graecos cantus lugubres nominantur; L II, 62. nec ephori Lacedaemone sine causa a Theopompo oppositi regibus nec apud nos consulibus tribuni; L III, 16. quod apud Platonem est in philosophos dictum; O I, 28. hinc apud Atheniensis magnae discordiae; O I, 86. de iure .. praediorum sanctum apud nos est iure civili, ut ..; O III, 65. apud quem (M. Catonem) Laelium et Scipionem facimus admirantes, quod ..; C 3. apud Lacedaemonios .. ii, qui amplissimum magistratum gerunt, ut sunt, sic etiam nominantur senes; C 20. Cyrus .. apud Xenophontem eo sermone, quem moriens habuit, ... negat ..; C 30. videtisne, ut apud Homerum saepissime Nestor de virtutibus suis praedicet? C 31. quae et apud nos et in aliis civitatibus ... observantur; C 63. apud Xenophontem .. moriens Cyrus maior haec dicit: „nolite ..“; C 79. homo ex eo numero hominum, qui apud nos hoc nomine dignantur; fr I, 7. nec Marcellum apud Clastidium ideo fortem fuisse, quia fuerit iratus; T IV, 49. familiarem: ſ. alqm; N I, 15. quam vim mali significantes poëtae impendere apud inferos saxum Tantalo faciunt; T IV, 35. quem .. Homerus apud inferos conveniri facit ab Ulixe; N III, 41. quorum de altero (Tiresia) etiam apud inferos Homerus ait „solum sapere“; D I, 88. bene apud maiores nostros senatus ... decrevit, ut ..; D I, 92. hic apud maiores nostros adhibebatur peritus; nunc quilubet; D II, 71. id .. apud maiores nostros A. Torquatus in gente Popillia iudicavit; L II, 55. hostis .. apud maiores nostros is dicebatur, quem nunc peregrinum dicimus; O I, 37. in qua (gloria) multi apud maiores nostros exstiterunt; O II, 45. qui ... eos .. (peregrinos) exterminant, ut Pennus apud patres nostros, Papius nuper; O III, 47. scimus L. Acilium apud patres nostros appellatum esse sapientem; Lae 6. apud ceteros .. philosophos, qui quaesivit aliquid, tacet; F II, 2. ea (Medea) .. apud alium poëtam patri dicere audet ..; T IV, 69. apud eundem poëtam Aiax cum Hectore congrediens depugnandi causa agit, ut sepeliatur; fr VIII, 9. qui (Graeci), quae adfirmant, certiora esse dicunt quam illa, quae apud Sagram; N III, 13. apud superiores utilitatis species falsa ab honestatis auctoritate superata est; O III, 109. C. Flaminium Coelius || Caelius || religione neglecta cecidisse apud Trasumenum scribit; N II, 8. omnino apud veteres, qui rerum potiebantur, iidem auguria tenebant; D I, 89.

aqua, Waſſer, Gewäſſer, Waſſerleitung (gen. aquai: ſ. III, 1. alumnae, fons): I. **abſolut:** 1. concrescit, al.: aquae etiam admixtum esse calorem primum ipse liquor aquae declarat et fusio || declarat effusio, declarat ||, quae neque conglaciaret frigoribus neque nive pruinaque concresceret, nisi eadem se admixto calore liquefacta et dilapsa diffunderet; N II, 26.

ecfervescunt: quam similitudinem cernere possumus in iis aquis, quae ecfervescunt || effervescunt, eis fervescunt || subditis ignibus; N II, 27.

est: aër ... et ignis et aqua et terra prima sunt; A I, 26. quia sciret aquam nigram esse, unde illa (nix) concreta esset; A II, 100. Thales .. Milesius ... aquam dixit esse initium rerum; N I, 25. ea, quae natura fluerent atque manarent, ut et aquam et terram et aëra, (Chrysippus deos dicit esse); N I, 39. ignis, *anima*, aqua, terra corpora sunt, eaque cernuntur, Ti 50.

fluit: ſ. est; N I, 39.

haeret: dicit ille quidem multa, ... sed aqua haeret, ut aiunt; O III, 117.

inundat: ut terra infimum (locum) teneat, hanc inundet aqua; N I, 103.

manat: ſ. est; N I, 39.

oboedit: quem ad modum .. oboedire et parere voluntati architecti aër, ignis, aqua, terra potuerunt? N I, 19.

oritur: ex terra aqua, ex aqua oritur aër, ex aëre aether, deinde retrorsum vicissim ex aethere aër, inde aqua, ex aqua terra infima; N II, 84.

paret, potest: ſ. oboedit.

profluit: non prohibere aqua profluente; O II, 52.

reddit: ut, quem ad modum ignis animae, sic anima aquae, quodque anima aquae, id aqua terrae proportione redderet; Ti 15.

restat: aqua restabat et terra, ut essent ex fabulis tria regna divisa; N II, 66.

2. sum: omne corpus aut aqua aut aër aut ignis aut terra est aut id, quod ..; N III, 30.

II. **nach Verben:** 1. adiungo: si di possunt esse sine sensu et mente, cur (Thales) aquae *mentem, menti autem cur aquam* adiunxit, si ipsa mens constare potest vacans corpore? N I, 25.

attingo: (num te terret) »mento summam amnem || aquam || attingens enectus siti« Tantalus? T I, 10.

bibo: Darius in fuga cum aquam turbidam et cadaveribus inquinatam bibisset; T V, 97.

concludo, corrumpo: ut profluens amnis aut vix aut nullo modo, conclusa autem aqua facile conrumpitur, sic ..; N II, 20.

deduco: * ita aqua Albana deducta ad utilitatem agri suburbani, non ad arcem urbemque retinendam; D II, 69.

dico: reliqua || reliquae || partes accipiendi et quasi patiendi (vim habent), aquam dico et terram; A I, 26.

gigno: gigni .. terram, aquam, ignem, tum ex his omnia; A II, 118.

exhaurio: cuius (aëris) ortus aqua omni exhausta esse non posset; N II, 118.

facio: ne terra quidem et aqua et aër et ignis a deo factus est; N fr. 2.

fero: qui (Demosthenes) illo susurro delectari se dicebat aquam ferentis mulierculae, ut mos in Graecia est; T V, 103.

haurio: cum (Pherecydes) vidisset haustam aquam de iugi puteo, terrae motus dixit instare; D I, 112. qui (Pherecydes) cum aquam ex puteo vidisset haustam, terrae motum dixit futurum; D II, 31.

inquino: ſ. bibo.

liquefacio: ſ. I, 1. concrescit.

offundo: ut illis (piscibus) aqua, sic nobis aër crassus offunditur; A II, 81.

persequor: veluti crocodili fluviatilesque testudines quaedamque serpentes ortae extra aquam ... aquam persequuntur; N II, 124.

pono: ita contigit ut inter ignem atque terram aquam deus animamque poneret; Ti 15

traho: ex puteis iugibus aquam calidam trahi; N II, 25.

tueor: »censores ... urbis tecta templa, vias aquas, aerarium vectigalia tuento«; L III, 7.

video: cum primum (pulli) aquam quasi naturalem domum videre potuerunt; N II, 124. ſ. haurio.

2. adiungo: ſ. 1. adiungo. — admisceo: ſ. I, 1. concrescit. — reddo: ſ. I, 1. reddit.

3. prohibeo: ſ. I, 1. profluit.

utor: non aqua, non igni, ut aiunt, locis pluribus utimur quam amicitia; Lae 22.

4. appropinquo ad: qui ad summam aquam iam appropinquent; F IV, 64.

cerno in: ſ. I, 1. ecfervescunt.

consto ex: princeps Thales ... ex aqua dixit constare omnia; A II, 118.

demergo in: qui demersi sunt in aqua; F III, 48.

excito ex: terrae, maris, aquarum vaporibus (stellae) aluntur iis, qui a sole ex agris tepefactis et ex aquis excitantur; N II, 118.

fingo ex: deum .. (esse) eam mentem, quae ex aqua cuncta fingeret; N I, 25.

insido ex: quae ex igni, anima, aqua, terra turbulenta et rationis expertia insederint; Ti 45.

mergo in: qui (P. Claudius) ... mergi eos (pullos) in aquam iussit; N II, 7.

nascor in: quoniam (homines) nascuntur in terra, nascantur in aqua; N I, 109.

orior ex: cum ex aqua oritur aër, ex aëre aether; N III, 31. ſ. I, 1, oritur.

pono in: quarum (virtutum) omnium fundamenta vos in voluptate tamquam in aqua ponitis; F II, 72.

sum in: cum .. aliorum animantium ortus in terra sit, aliorum in aqua, in aëre aliorum; N II, 42. — sine: ut verbi causa sine aqua, sine vino, sine oleo vas esse dicamus || dicimus ||; Fa 24.

verto in: quod fit, cum terra in aquam se vertit; N III, 31.

III. **nach Substantiven:** alumnae: »vos quoque signa videtis, aquai dulcis alumnae«; D I, 15.

aspersio: illud vel aspersione aquae vel dierum numero tollitur; L II, 24.

color: etiamne (terrae motum) futurum esse aquae iugis colore praesentiunt? D II, 31.

deductio: ex quo illa admirabilis || mirabilis || a maioribus Albanae aquae facta deductio est; D I, 100.

ductus: ductus .. aquarum ... quis non, quom haec videat, inriserit? L II, 2, adde ductus aquarum, derivationes fluminum, agrorum inrigationes; O II, 14. illae impensae meliores, muri, navalia, portus, aquarum ductus; O II, 60.

eluviones: natura futura praesentiunt, ut aquarum eluviones et deflagrationem futuram aliquando caeli atque terrarum; D I, 111.

fons: »fons unde emanat aquai«; D II, 63.

fusio: ſ. I, 1. concrescit.

incolae: alias bestias nantis aquarum incolas esse (natura) voluit; T V, 38.

inductiones: nos aquarum inductionibus terris fecunditatem damus; N II, 152.

ius: quid .. ad pontificem de iure parietum aut aquarum? L II, 47.

liquor: ſ. I, 1. concrescit.

multitudo: adulescentes mihi mori sic videntur, ut cum aquae multitudine flammae vis opprimitur; C 71.

particulae: particulas ignis et terrae et aquae et animae a mundo, quas rursus redderent, mutuabantur; Ti 47.

sextarius: si emere aquae sextarium cogerentur || cogantur || mina; O II, 56.

vapor: ipse .. (aër) oritur ex respiratione aquarum; earum enim quasi vapor quidam aër habendus est; is autem existit motu eius caloris, qui aquis continetur; N II, 27.

2. medicamentum ad: si quis medicamentum cuipiam dederit ad aquam intercutem; O III, 92.

pericula ab: ab aqua aut ab igni pericula (haruspices) monent; D II, 32.

solarium ex: cum solarium vel discriptum vel || aut || ex aqua contemplere; N II, 87.

IV. **Umſtand:** 1. ali: ali .. solem, lunam, reliqua astra aquis, alia dulcibus, alia marinis; N III, 37. ſ. II, 4. excito ex.

contineri: ſ. III, 1. vapor.

laetificare, mitigare: Indus ... non aqua solum agros laetificat et mitigat, sed eos etiam conserit; N II, 130.

refrigerari: ubi .. potest illa aetas ... umbris aquisve refrigerari salubrius? C 57.

sustineri: facile .. illa (ova) aqua et sustinentur et fetum fundunt; N II, 129.

2. extra: ſ. II, 1. persequor.

in: quoniam in aqua (procedere) nihil adiuvat; F IV, 64. tamquam levia quaedam vina nihil valent in aqua, sic ..; T V, 13. quamquam huic (naufrago) quidem hic scribit praedictum in aqua esse pereundum; Fa 5.

prope: ranae .. marinae dicuntur obruere sese harena solere et moveri prope aquam; N II, 125.

V. **unvollſtändige Stellen:** eadem temperatione, eodem caelo, † aqua, || aeque, al. || ceteris omnibus centum Alexandros ... facere non posset?

A II, 85. aquae tinctum quodam modo et infectum *; A fr. 7.

aquatilis, im Waſſer lebend: bestiae: bestiarum autem terrenae sunt aliae, partim aquatiles, aliae quasi ancipites in utraque sede viventes; N I, 103. est etiam admiratio non nulla in bestiis aquatilibus iis; N II, 124. vescimur bestiis et terrenis et aquatilibus et volantibus; N II, 151.

genus: animantium genera .., quorum unum divinum atque caeleste, alterum pinnigerum et aërium, tertium *aquatile*, terrestre quartum; Ti 35.

aquatio, Waſſerholen: hoc loco est, Syracusis quicquid est piscium, hic aquatio; O III, 59.

aquila, Adler: I. antefert: an tu aquilam aut leonem aut delphinum ullam anteferre censes figuram suae? N I, 77.

revocat: quod Deiotarum ... ex itinere aquila revocavit; D II, 20.

II. facio: ad interpretem (cursor) detulit aquilam se in somnis visum esse factum; D II, 144.

III. omen: »sic aquilae clarum firmavit Iuppiter omen«; D I, 106.

volatus: qui (Deiotarus rex) cum ex itinere quodam proposito ... revertisset aquilae admonitus volatu; D I, 26. nondum dico, quam haec signa nulla sint, fissum iecoris, corvi cantus, volatus aquilae; D II, 16.

IV. ab: ab aquila Tarquinio apicem inpositum; L I, 4.

aquilo, Nordwind, Norden: I. subicio: hic .. alter (cingulus) subiectus aquiloni, quem incolitis; R VI, 21.

II. aurae: »(alter piscis) magis horriferis aquilonis tangitur auris«; N II, 111.

flamina: »quem (Persea) summa ab ‖a‖ regione aquilonis flamina pulsant«; N II, 112.

partes: quis in reliquis orientis aut obeuntis solis ultimis aut aquilonis austrive partibus tuum nomen audiet? R VI, 22.

stridor: »unde horrifer aquilonis stridor gelidas molitur nives;« T I, 68.

III. astringi: aquilonibus reliquisque frigoribus adstrictus ‖adiectis‖ durescit umor; N II, 26.

aquilonius, nördlich: quae (regio) tum est aquilonia, tum australis; N II, 50.

ara, Altar: I. est: aram in eo loco fuisse memoriae proditum est; ad eam quom lamina esset inventa ..; L II, 58.

fumant: »nos ... fumantibus aris aurigeris divom placantes numina tauris«; D II, 63.

iacent, stant: »cui nec arae patriae domi stant, fractae et disiectae iacent«; T III, 44.

II, 1. aspergo: ne aram sanguine aspergeret; N III, 88.

consecro: aram Malae Fortunae Esquiliis consecratam videmus; N III, 63. ara .. Aio Loquenti, quam saeptam videmus, exadversus eum locum consecrata est; D I, 101. ex eo Aio Loquenti aram in nova via consecratam; D II, 69.

disicio, frango: ſ. I. iacent.

everto: qui ... nec manibus, ut Xerses ‖ Xerxes ‖, sed rationibus deorum inmortalium templa et aras everterit; N I, 115.

invenio: posteaquam (Aius iste Loquens) et sedem et aram et nomen invenit, obmutuit? D II, 69.

repudio: ara .. vetusta in Palatio Febris et altera Esquiliis Malae Fortunae detestataque ‖ detestanda atque ‖ omnia eius modi repudianda sunt; L II, 28.

saepio: ſ. consecro; D I, 101.

turpo: »vidi ... Iovis aram sanguine turpari«; T I, 85. III, 45.

video: vidimus .. eius (Hecatae) aras delubraque in Graecia; N III, 46.

2. confugio in: cum (Priamus) in aram confugisset; T I, 85. tamquam in aram confugitis ad deum; N III, 25.

emergo ab: ut ... ab infima ara subito anguis emergeret; D I, 72.

exsisto ab: anguem ab ara extitisse; D II, 65.

penetro ab: »vidimus ... draconem terribilem, Iovis ut pulsu penetraret ab ara«; D II, 63.

aro, ackern, pflügen, beackern: I, 1, a. nascor ad: ut ad cursum equum, ad arandum bovem ..., sic hominem ad duas res ... esse natum; F II, 40.

maturitas: cur (haec arbor) arandi maturitatem ad signum floris accommodet; D I, 16.

tempora: »lentiscus ... ter fruges fundens tria tempora monstrat arandi«; D I, 15.

causa: equum vehendi causa, arandi bovem (esse generatum); N II, 37.

b. verbal: a quo (Catone) cum quaereretur, quid maxume in re familiari expediret, respondit: „bene pascere"; quid secundum: „satis bene pascere"; quid tertium: „male pascere"; quid quartum: „arare"; O II, 89.

2. alqs: siquidem aranti L. Quinctio Cincinnato nuntiatum est eum dictatorem esse factum; C 56. ſ. II.

vicinus: qui (Chremes) novum vicinum non vult »fodere aut arare«; F I, 3.

II. terram: Tages quidam dicitur in agro Tarquiniensi, cum terra araretur et sulcus altius esset impressus, extitisse repente et eum adfatus esse, qui arabat; D II, 50.

arr— ſ. adr—

ars, Kunſt, Fertigkeit: I. **abſolut:** 1. **Subject:** accedit: nisi manus et ars accessisset; O II, 12.

acquirit: ad hanc rem aiunt artis quoque requisitas, quae naturam adiuvarent; in quibus ea numeretur in primis, quae est vivendi ars, ut tueatur, quod a natura datum sit, quod desit, acquirat; F IV, 16.

acuunt: istae quidem artes, si modo aliquid valent, *id valent*, ut paulum acuant et tamquam inritent ingenia puerorum; R I, 30.

adiuvat: nihil igitur te contra soritas ars ista adiuvat, quae, nec augendi nec minuendi ‖ augentis nec minuentis, al. ‖ quid aut primum sit aut postremum, docet; A II, 94. ſ. acquirit.

adminiculat, amputat, circumcidit: quae sit scientia atque ars agricolarum, quae circumcidat, amputet, erigat, extollat, adminiculet; F V, 39. ſ. coërcet.

antecedit: ſ. II, 3. antecedo.

coërcet: quam (vitem) serpentem multiplici lapsu et erratico ferro amputans coërcet ars agricolarum; C 52.

consequitur: vim, ... cuius sollertiam nulla ars, nulla manus, nemo opifex consequi possit imitando; N II, 81.

constat: ars vero quae potest esse, nisi quae non ex una aut ‖ et ‖ duabus, sed ex multis animi perceptionibus constat? quam ‖ quas ‖ si subtraxeris, qui distingues artificem ab inscio? A II, 22. nec memoriam sine adsensione posse constare nec notitias rerum nec artes; A II, 38. artis etiam ipsas propter se assumendas putamus, cum quia sit in iis aliquid dignum assumptione, tum quod constent ex cognitionibus et contineant quiddam in se ratione constitutum et via; F III, 18. est etiam alia cum his ipsis artibus sapientiae dissimilitudo, propterea quod, in illis quae recte facta sunt, non continent tamen omnes partes, e quibus constant; F III, 24.

continent: ſ. constat; F III, 18.

conveniunt: quibus ‖ in quibus, al. ‖ .. artibus aut prudentia maior inest aut non mediocris utilitas quaeritur, ut medicina, ut architectura, ut doctrina rerum humanarum, eae sunt iis, quorum ordini conveniunt, honestae; O I, 151.

deserunt: aptissima omnino sunt, Scipio et Laeli, arma senectutis artes exercitationesque virtutum, quae in omni aetate cultae . . . mirificos ecferunt fructus, . . . quia numquam deserunt ne extremo quidem tempore aetatis; C 9.

diiudicant: quid fiet artibus? quibus? iisne quae ipsae fatentur coniectura se plus uti quam scientia, an iis, quae tantum id, quod videtur, sequuntur nec habent istam artem vestram, qua vera et falsa diiudicent; A II, 107.

docet: ſ. adiuvat. — ecferunt: ſ. deserunt.

efficit: quae quidem ars ‖ quidem res, quidem ‖ efficit, ne necesse sit isdem de rebus semper quasi dictata decantare; F IV, 10. si .. meliora sunt ea, quae natura, quam illa, quae arte perfecta sunt, nec ars efficit quicquam sine ratione, ne natura quidem rationis expers est habenda. qui igitur convenit, signum ... cum aspexeris, scire adhibitam esse artem, cumque procul cursum navigii videris, non dubitare, quin id ratione atque arte moveatur, aut, cum solarium . . . contemplere, intellegere declarari horas arte, non casu, mundum autem, qui et has ipsas artes et earum artifices et cuncta conplectatur, consilii et rationis esse expertem putare? N II, 87. quid esse .. censes .. discendum nobis? ... — eas artis, quae efficiant, ut usui civitati simus; R I, 33.

erigit: ſ. adminiculat.

est: qui nulla arte adhibita de rebus ante oculos positis vulgari sermone disputant, . . . nullam denique artem esse nec dicendi nec disserendi putant; A I, 5. aut quidquid .. eodem modo concluditur, probabitis, aut ars ista nulla est; A II, 96. si ars, si ratio, si via, si vis denique conclusionis valet, eadem est in utroque; A II, 96. quo modo tu . . . nec mihi dabas id, quod probabile esset, satis magnam vim habere ad artes, sic ego nunc tibi refero artem sine scientia esse non posse; A II, 146. ipsae rhetorum artes, quae sunt totae forenses atque populares, verbis tamen in docendo quasi privatis utuntur ac suis; F III, 4. cum .. duae sint artes, quibus perfecte ratio et oratio compleatur, una inveniendi, altera disserendi, hanc posteriorem et Stoici et Peripatetici, priorem autem illi egregie tradiderunt, hi omnino ne attigerunt quidem; F IV, 10. ars .. est dux certior quam natura; F IV, 10. negabat .. ullam esse artem, quae ipsa a se proficisceretur; etenim semper illud extra est, quod arte comprehenditur. . . . est enim perspicuum nullam artem ipsam in se versari, sed esse aliud artem ipsam, aliud, quod propositum sit arti. quoniam igitur, ut medicina valetudinis, navigationis gubernatio, sic vivendi ars est prudentia, necesse est . .; F V, 16. ne aegri quidem quia non omnes convalescunt, idcirco ars nulla medicina ‖ medicinae ‖ est; N II, 12. quae tandem id ars non habet? earum dico artium, quae coniectura continentur et sunt opinabiles. an medicina ars non putanda est? D I, 24. duo genera divinationum esse, .. unum, quod particeps esset artis, alterum, quod arte careret. est enim ars in iis, qui novas res coniectura persequuntur, veteres observatione didicerunt. carent autem arte ii, qui non ratione aut coniectura observatis ac notatis signis, sed concitatione .. animi ... futura praesentiunt; D I, 34. sunt .. artis inventa, non vetustatis, si est ars ulla rerum incognitarum; D II, 33. quasi ego artem aliquam istorum esse negem! divinationem nego; D II, 45. quae est ‖ ista ‖ ars coniectoris eludentis ingenio? D II, 145. non solum scire aliquid artis est, sed quaedam ars *est* etiam docendi; L II, 47. minime .. artes eae probandae, quae ministrae sunt voluptatum; O I, 150. aut haec ars est aut nulla omnino, per quam eas (constantiam, virtutem) assequamur. nullam dicere maxumarum rerum artem esse, cum minimarum sine arte nulla sit, hominum est . . . errantium; O II, 6. cum . . . tot artes, tantae scientiae ‖ [tantae sc.] ‖, tot inventa (animorum sint); C 78. fuit vir ille cum ceteris artibus, quae quidem dignae libero essent, ornatus omnibus, tum acer investigator; Ti 1. ſ. constat; A II, 22. conveniunt. deserunt. — II, 1. facio; A I, 18.

evanescit: quin haec disciplina et ars augurum evanuerit iam et vetustate et neglegentia; L II, 33.

extollit: ſ. adminiculat.

fatentur: ſ. diiudicant.

habet: item .. sapientiam (inesse in virtutibus), artem vivendi, quae ipsa ex sese habeat constantiam; A II, 23. ut .. medicorum scientiam non ipsius artis, sed bonae valetudinis causa probamus, et gubernatoris ars, quia bene navigandi rationem habet, utilitate, non arte laudatur, sic sapientia, quae ars vivendi putanda est, non expeteretur, si nihil efficeret; F I, 42. ut pictura et fabrica ceteraeque artes habent quendam absoluti operis effectum, sic ..; N II, 35. ſ. diiudicant. est; D I, 24.

imitatur: nulla ars imitari sollertiam naturae potest; N I, 92.

inest: ſ. habet; A II, 23.

inritant: ſ. acuunt.

ministrant: quid enumerem artium multitudinem, sine quibus vita omnino nulla esse potuisset? qui enim aegris subveniretur, quae esset oblectatio valentium, . . . nisi tam multae nobis artes ministrarent; O II, 15.

nascitur: quoniam tantum in ea arte ponitis, videte, ne contra vos tota nata sit; quae primo progressu festive tradit elementa loquendi et ambiguorum intellegentiam concludendique rationem, tum paucis additis venit ad soritas; A II, 92.

ornat: num .. etiam rhetorum epilogum desideramus? an hanc iam artem plane relinquimus? — tu vero istam ne reliqueris, quam semper ornasti, et quidem iure; illa enim te ... ornaverat; T I, 112.

pertinent: cum omnium artium, quae ad rectam vivendi viam pertinerent, ratio et disciplina studio sapientiae ... contineretur; T I, 1.

potest: ſ. consequitur. constat; A II, 22. 38. imitatur. — II, 1. contineo; F III, 49. enumero. teneo; R I, 2. — proficiscitur: ſ. est; F V, 16.

retexit: quid, quod eadem illa ars quasi Penelope telam retexens tollit ad extremum superiora? A II, 95.

sequuntur: ſ. diiudicant.

tollit: recte ... ars ea, quae tollit haec, virtus nominata est; F III, 72. ſ. retexit.

tradit, venit: ſ. nascitur. — tuetur: ſ. acquirit. — valet: ſ. acuunt. est; A II, 96.

versantur: ut omnium artium recte dici potest commune esse, ut in aliqua scientia versentur, scientiam autem suam cuiusque artis esse, sic ..; F V, 26. quae omnes artes in veri investigatione versantur; O I, 19. ſ. est; F V, 16.

utuntur: ſ. est; F III, 4.

ohne Verb: quid? haruspicum ars nonne divina? N II, 12.

2. Prädicat: sum: ars est philosophia vitae; F III, 4. quam (prudentiam) artem vitae esse diximus; F V, 18. ſ. 1. acquirit. adminiculat. vgl. est; F V, 16. N II, 12. O II, 6.

II. nach Verben: 1. Accuſativ: abduco: ne ars tanta propter tenuitatem hominum a religionis auctoritate abduceretur ad mercedem atque quaestum; D I, 92.

adhibeo: adhibita .. exercitatione et arte; A II, 20. adhibes artem advocatam etiam sensibus; A II, 86. quaero, ... somniumne exspectandum sit an ars adhibenda; sine qua nihil earum rerum nec fieri nec expediri potest; D II, 122. ſ. I, 1. efficit; N II, 87. est; A I, 5.

adsumo: ſ. I, 1. constat; F III, 18.

advoco: ſ. adhibeo; A II, 86.

alo: honos alit artes; T I, 4.

attingo: ſ. I, 1. est; F IV, 10.

colo: ſ. I, 1. deserunt.

combibo: (puer) iam infici debet iis artibus, quas si, dum est tener, combiberit, ad maiora veniet paratior; F III, 9.

comparo: quid .. tanto opus est instrumento in optimis artibus comparandis? F II, 111.

complector: ſ. I, 1 efficit; N II, 87.

compono: componunt .. primum artem quandam de iis, quae visa dicimus; A II, 40.

coniungo: cum omni utilitate, quam di hominibus dederunt, ars aliqua coniuncta est, per quam illa utilitas percipi possit; D I, 116.

consequor: eandem artem etiam Aegyptii longinquitate temporum innumerabilibus paene saeculis consecuti putantur; D I, 2.

contineo: quae (memoria) non modo philosophiam, sed omnem vitae usum ‖ usus ‖ omnesque artes una maxime continet; A II, 22. ſ. efficio; F III, 49. — I, 1. est; D I, 24. — IV, 2. dux ad.

derigo: lustremus animo non has maximas artis, quibus qui carebant, inertes a maioribus nominabantur, sed quaero, num existimes, non dico Homerum, Archilochum, Pindarum, sed Phidian, Polyclitum, Zeuxim ad voluptatem artes suas derexisse; F II, 115.

disco: eum (Servium) summo studio omnibus iis artibus, quas ipse didicerat, ad exquisitissimam consuetudinem Graecorum erudiit; R II, 37. quod iam pueri, cum artes difficiles discant, ita celeriter res innumerabiles arripiant, ut ..; C 78. ſ. I, 1. efficit; P II, 33.

do: haec .. sive vis sive ars sive natura ad scientiam rerum futurarum homini ... est ... data; N II, 163.

duco: cum artem ludicram scaenamque totam in probro ducerent; R IV, 10.

efficio: (mens) et sensibus utitur et artes efficit quasi sensus alteros; A II, 31. ob eam .. causam, quia cognitiones comprensionesque rerum, e quibus efficiuntur artes, appetitionem movent, cum divitiae non sint in bonis, nulla ars divitiis contineri potest; F III, 49. ex quibus conlatis inter se et conparatis artes quoque efficimus partim ad usum vitae, partim ad oblectationem necessarias; N II, 148. quas (res) diuturnus usus ita notavit, ut artem divinationis efficeret; N II, 166. ars est effecta eadem saepe animadvertendo ac notando; D I, 25.

emo: quorum (mercennariorum) operae, non quorum artes emuntur; O I, 150.

enumero: enumerari .. non possunt ... utilitates ‖ † artes, al. ‖ denique innumerabiles ad victum et ad vitam necessariae; N II, 132.

facio: ita facta est, quod minime Socrates probabat, ars quaedam philosophiae .... quae quidem erat primo duobus ... nominibus una; A I, 17. 18. observatio diuturna ... notandis rebus fecit artem; D II, 146.

fundo: »qui ... in .. Academia umbrifera nitidoque Lyceo fuderunt claras fecundi pectoris artis«; D I, 22.

habeo: ad ceteras res (sapiens) habet quandam artem, qua vera a falsis possit distinguere; A II, 57. disserendi artem (Epicurus) nullam habuit; F I, 26. quae (coniecturae) haberent artem atque prudentiam; D II, 13. nec .. habere virtutem satis est quasi artem aliquam, nisi utare; R I, 2.

importo: non esse nos transmarinis nec inportatis artibus eruditos, sed genuinis domesticisque virtutibus; R II, 29.

inludo: pergisne eam, Laeli, artem inludere, in qua primum excellis ipse, deinde sine qua scire nemo potest, quid sit suum, quid alienum? R I, 20.

laudo: ſ. I, 1. habet; F I, 42.

lustro: ſ. derigo.

novi: bene .. illo Graecorum proverbio praecipitur: »quam quisque norit artem, in hac se exerceat«; T I, 41.

obtero: cum Achivi coepissent »inter se ‖ sese‖ strepere aperteque artem obterere extispicum«; D I, 29.

omitto: ut omittam has artis elegantes et ingenuas; F III, 4.

orno: ſ. I, 1. ornat.

perficio: futurum fuisse ut omnibus perfectis artibus omni doctrina hominum vita erudiretur; T III, 69.

persequor: an ille ... eas .. artes persequeretur, vivendi artem tantam tamque operosam et perinde fructuosam relinqueret? F I, 72. hanc amplissimam omnium artium, bene vivendi disciplinam, vita magis quam litteris persecuti sunt; T IV, 5.

polliceor: Themistocles .., cum ei Simonides

an quis alius artem memoriae polliceretur, „oblivionis“, inquit, „mallem“; F II, 104.

probo: quorum (generum radicum) ... utilitate et ars est et inventor probatus; D I, 13. ſ. I, 1. est; O I, 150.

profero: qui (Themistocles) .. pollicenti cuidam se artem ei memoriae, quae tum primum proferebatur, traditurum respondisse dicitur ..; A II, 2.

profiteor: quod (philosophus) artem .. vitae professus delinquit in vita; T II, 12.

puto: ſ. I, 1. est; D I, 24. habet; F I, 42.

quaero: cur ... corporis curandi tuendique causa ‖ [causa] ‖ quaesita sit ars atque eius utilitas deorum inmortalium inventioni consecrata; T III, 1.

relinquo: qui (antiqui) et definierunt plurima et definiendi artes reliquerunt; F IV, 8. ſ. persequor; F I, 72. — I, 1. ornat.

reperio: ad quos sensus capiendos et perfruendos plures etiam, quam vellem, artes repertae sunt; N II, 146. artes .. innumerabiles repertae sunt docente natura; L I, 26.

requiro: ſ. I, 1. acquirit.

scio: quaesivisse (Leontem) ex eo (Pythagora), qua maxime arte confideret; at illum artem quidem se scire nullam, sed esse philosophum; T V, 8.

scribo: quamquam scripsit artem rhetoricam Cleanthes, Chrysippus etiam; F IV, 7.

subtraho: ſ. I, 1. constat; A II, 22.

teneo: est (Epicurus) ... non satis politus iis artibus, quas qui tenent, eruditi appellantur; F I, 26. ars .., cum ea non utare, scientia tamen ipsa teneri potest; R I, 2.

tollo: num .. tot clarissimorum ducum regumque naufragium sustulit artem gubernandi? D I, 24.

tracto: quid .. est, quod arte effici possit, nisi is, qui artem tractabit, multa perceperit? A II, 22.

trado: ſ. profero. — I, 1. est; F IV, 10.

2. **Genetiv**: sum: quod nostrum dico, artis est; F V, 60. quorum (divinandi generum) alterum artis est, alterum naturae; D I, 11. ea .. fere artis sunt; D I, 12. est .. (poëma) magis artis et diligentiae quam incitationis et motus; D II, 111. ſ. I, 1. est; L II, 47. versantur; F V, 26.

3. **Dativ**: antecedo: cum ... tota .. ea res ‖ ars ‖ longe ceteris et studiis et artibus antecedat; A I, 3.

attribuo: omnibus .. artibus volumus attributam esse eam, quae communis appellatur prudentia; F IV, 76.

contingo: quod idem ceteris artibus non contingit ‖ contigit ‖; F III, 25.

insum: ſ. I, 1. conveniunt.

propono: ſ. I, 1. est; F V, 16.

tribuo: artibus ea tribuuntur operosis; O II, 17.

4. **Ablativ**: careo: quae (oracla) carere arte dixeram; D I, 70. ſ. 1. derigo. — I, 1. est; D I, 34.

facio: ſ. I, 1. diiudicant.

opus est: maiore quadam opus est vel arte vel diligentia; A II, 45.

utor: ſ. 1. teneo; R I, 2.

5. **mit Präpoſitionen**: abhorreo ab: sin a Graecorum artibus et disciplinis abhorrerent; A I, 4.

concedo de: quod si de artibus concedamus; F III, 50.

confero in: si animum quoque contulisti in istam rationem et quasi artem; R I, 37.

consumo in: si minus in maxima arte, quam illi (opifices) in minimis, operae consumpserim; R I, 35.

excello in: ſ. 1. inludo.

habeo ab: restant duo divinandi genera, quae habere dicimur a natura, non ab arte, vaticinandi et somniandi; D II, 100.

insum in: ſ. I, 1. conveniunt.

numero in: ſ. I, 1. acquirit.

pertineo ad: hoc non videre, cuius generis onus navis vehat, id ad gubernatoris artem nihil pertinere! F IV, 76.

pono in: ſ. I, 1. nascitur.

proficiscor ex: quod (genus divinationis) ex arte profectum dicimus; D I, 130.

relinquo in: quam multa non solum praecepta in artibus, sed etiam exempla in orationibus bene dicendi reliquerunt! F IV, 5.

statuo de: an *quod*, cum omnium artium finis is esset, quem natura maxime quaereret, idem statui debere de totius arte vitae? F IV, 19.

sum in: in omni arte, cuius usus vulgaris communisque non sit, multam novitatem nominum esse, cum constituantur earum rerum vocabula, quae in quaque arte versentur; F III, 3. quod idem in artibus non sit, ... nec haec eadem in artibus esse videamus; F III, 50. ſ. I, 1. constat; F III, 18. — sine: ſ. I, 1. est; O II, 6.

versor in: nobis placet ... in hac maiore et uberiore arte versari; T I, 7. qui in aliquo maiore studio et arte versantur; T I, 59. opifices .. omnes in sordida arte versantur; O I, 150. ſ. sum in; F III, 3.

utor ad: uterque .. illis ad artem suam utitur; R V, 5.

III. **nach Adjectiven**: 1. **Genetiv**: communis: id .. commune omnium fere est artium; A I, 25. ſ. I, 1. versantur; F V, 26.

contrarius: ſ. IV, 1. summa.

particeps: ſ. I, 1. est; D I, 34.

plenus: nec pulchros illos ministratores aspiciebat nec plenum artis argentum; T V, 62.

proprius: censet .. artis maxume proprium esse creare et gignere; quodque in operibus nostrarum artium manus efficiat, id multo artificiosius naturam efficere, id est, ut dixi, ignem artificiosum, magistrum artium reliquarum; N II, 57.

similis: quae (virtutes) omnes similes artium reliquarum materia tantum ... differunt; F IV, 4.

studiosus: relinquitur sola haec disciplina digna studiosis ingenuarum artium; F V, 74.

2. **Dativ**: finitimus: huic arti finituma est dicendi [gravior] facultas et gratior et ornatior; O II, 66.

3. **Ablativ**: dignus: uni gubernatori, uni medico, si digni modo sint iis artibus, rectius esse ... committere ..; R I, 62.

praeditus: vir sapiens, multo arte maiore praeditus; T V, 104.

IV. **nach Subſtantiven**: 1. **Genetiv** (vgl. III, 1.): amnis: influxit ... abundantissimus amnis illarum disciplinarum et artium; R II, 34.

cognitio: cum rerum magnarum tractatio atque usus cum illarum artium studiis et cognitione coniungitur; R III, 5.

disciplina: ſ. I, 1. pertinent.

doctrina: habentur ... sermones ... de artium studiis atque doctrina; O I, 135.

effectio: similem sapientiam esse arbitramur ... actioni illi ... et saltationi, ut in ipsa insit, non foris petatur extremum, id est artis effectio; F III, 24.

finis: ſ. II, 5. statuo de.

genus: cum .. artium aliud eius modi genus sit, ut tantum modo animo rem cernat, aliud, ut moliatur aliquid et faciat; A II, 22.

gravitas: (Plato) leporem Socraticum subtilitatemque sermonis cum obscuritate Pythagorae et cum illa plurimarum artium gravitate contexuit; R I, 16.

homines: quoniam earum quoque artium homines ex eo (mundo) procreantur; N III, 23.
inventa: ſ. I, 1. est; D II, 33.
magistri: nec ulli bonarum artium magistri non beati putandi; C 29. ſ. III, 1. proprius.
mater: philosophia .., omnium mater artium, quid est aliud nisi ..? T I, 64.
mercatura: ad quos cum tamquam ad mercaturam bonarum artium sis profectus; O III, 6.
ministrae: quam .. multarum artium ministras manus natura homini dedit! N II, 150.
modus: nos metiendi ratiocinandique utilitate huius artis (geometriae) terminavimus modum; T I, 5.
monumenta: »artis scripta ac monumenta volutans;« D I, 20.
multitudo: ſ. I, 1. ministrant.
officina: mathematici, poëtae, musici, medici denique ex hac tamquam omnium artificum || artium || officina profecti sunt; F V, 7.
opus: quod idem in similibus quoque artibus continget, quarum omne opus est in faciendo atque agendo; A II, 22. ſ. III, 1. proprius.
percepta: si est divinatio, qualibusnam a perceptis artis proficiscitur? Fa 11.
praecepta: quamvis artis praecepta perceperint; O I, 60.
ratio: ſ. I, 1. pertinent.
scientia: Musae scribendi, legendi, ceterarum artium scientiam somniantibus non dabunt? D II, 123. ſ. I, 1. versantur; F V, 26.
scripta: ſ. monumenta.
similitudo: in quibus .. ordo apparet et artis quaedam similitudo; N II, 82.
studium: magnum ingenium L. Luculli magnumque optimarum artium studium ... caruit .. rebus urbanis; A II, 1. ſ. cognitio. doctrina.
summae: quarum .. artium summae crescere possunt, earum etiam contrariorum summa poterit augeri; F IV, 67.
varietas: varietas est tanta artium, ut ..; F V, 7.
viae: quaerenti mihi ... nulla maior (res) occurrebat, quam si optimarum artium vias traderem meis civibus; D II, 1.
vocabulum: Chaldaei non ex artis, sed ex gentis vocabulo nominati; D I, 2.
usus: ſ. II, 5. sum in; F III, 3.
utilitas: ſ. II, 1. quaero.

2. mit Präpoſitionen: dissimilitudo cum: ſ. I, 1. constat; F III, 24.
dux ad: non idem facere eas (divitias) in virtute neque in ceteris artibus, ad quas esse dux pecunia potest, continere autem non potest; F III, 49.
homo sine: (convenit in) hominem sine arte, sine litteris; N II, 74.
ratio in: etiamsi cui videbitur illa in optimis studiis et artibus quieta vitae ratio beatior; R III, 6.
vim habeo ad: ſ. I, 1. est; A II, 146.

V. Umſtand: 1. Ablativ: alere: quod illi verbis et artibus aluerunt naturae principia, hi autem institutis et legibus; R III, 7.
compleri, comprehendi: ſ. I, 1. est; F IV, 10. V, 16. — confidere: ſ. II, 1. scio.
contineri: quae (res) artibus continentur; D II, 12. ſ. vigere.
corrigi: quin multi ... restituerentur et corrigerentur ab natura, cum se ipsa revocasset, aut arte atque medicina; D II, 96.
declarari: ſ. I, 1. efficit; N II, 87.
delectare: qui ingenuis studiis atque artibus delectantur; F V, 48. me ... Athenae non tam operibus magnificis exquisitisque antiquorum artibus delectant quam recordatione summorum virorum; L II, 4.
devincire: tum artibus, tum opera, tum facultatibus devincire (debemus) hominum inter homines societatem; O I, 22.
distinguere: nec ea, quae docere vult, ulla arte (Epicurus) distinguit; F II, 18. aliud (est) ea, quae dicas, ratione et arte distinguere; F IV, 10. ſ. II, 1. habeo; A II, 57.
divinare: qui aut arte aut coniectura divinare videantur; D I, 124.
divinus: non .. sunt ii aut scientia aut arte divini; D I, 132.
dulcis: quae .. omnia dulciora fiunt et moribus bonis et artibus; C 65.
effici: ſ. II, 1. tracto.
erudire: quam .. erat miserum ... homini praesertim ... artibus ingenuis erudito! T V, 63. omnibus eos (filios) artibus ad Graecorum disciplinam eru*diit*; R II, 34. ſ. II, 1. disco; R II, 37. importo.
exornare: exornavit (Pythagoras) eam Graeciam, quae magna dicta est, ... praestantissimis et institutis et artibus; T V, 10.
expoliri: castos .. [animos], ... bonis etiam studiis atque artibus expolitos ... ad deos ... pervolare; fr IX, 12.
infici: ſ. II, 1. combibo.
instrui: sapientem plurimis et gravissimis artibus atque virtutibus instructum et ornatum; F II, 112.
laudari: ſ. I, 1. habet; F I, 42.
moveri, perfici: ſ. I, 1. efficit; N II, 87.
ornari: ſ. instrui. I, 1. est; Ti 1.
perspici: qua arte (haec) perspici possint; D I, 23.
poliri: cui persuasum sit appellari ceteros homines, esse solos eos, qui essent politi propriis humanitatis artibus; R I, 28. ſ. II, 1. teneo; F I, 26.
praesentiri: quae .. praesentiri aut arte aut ratione aut usu aut coniectura possunt; D II, 14.
praestans: sumatur .. nobis quidam praestans vir optumis artibus; T V, 68.
provideri: quae nulla nec arte nec sapientia provideri possunt; D II, 14.
quaeri: ſ. I, 1. conveniunt.
restitui: ſ. corrigi.
scire: nulla .. arte alia id nec sapientia scire potuisset; D II, 14.
sustentari: valetudo sustentatur ... arte eorum, quorum ad scientiam haec pertinent; O II, 86.
tractari: ne in iis quidem rebus, quae arte tractantur, divinatione opus est; D II, 9.
vallare: haec (animus) ... vallabit ... arte quadam intellegendi, quid quamque rem sequatur; L I, 62.
vigere, vivere: quodsi ea, quae a terra stirpibus continentur, arte naturae vivunt et vigent, profecto ipsa terra eadem vi continetur || et || [arte naturae]; N II, 83.

Güte: qui enim iudicatur iste optimus? doctrina artibus, studiis *; R I, 50.

2. Präpoſitionen: causa: ſ. I, 1. habet; F I, 42.
in: in omni .. arte vel studio vel quavis scientia vel in ipsa virtute optimum quidque rarissimum est; F II, 81. ut hoc non in nostris solum artibus, sed etiam in illorum ipsorum (Graecorum) assequamur; F III, 5. quod idem in ceteris artibus non fit; F III, 24. in ceteris artibus cum dicitur ‚artificiose'; F III, 32. oculi in iis artibus, quarum iudicium est oculorum, ... multa cernunt subtilius; N II, 145. homines .., ut in

ceteris artibus, sic in hac posse falli; D I, 124. medicus in primis, quod erit ei perspectum in arte, non ita proponet: „si cui“ ..; Fa 15. ſ. I, 1. constat; F III, 24. — IV, 1. opus. 2. dux ad.

per: ſ. II, 1. coniungo.

sine: sine hac arte quemvis arbitrantur a vero abduci fallique posse; F III, 72. ſ. I, 1. ministrant. — II, 1. adhibeo; D II, 122. inludo.

arte, eng, feſt: astringo: hoc artius adstringi ratio non potest; Fa 32.

complector: ille (L. Paulus) artius puellam conplexus: „accipio“, inquit, „... omen“; D I, 103.

comprimo: cum ... illum pugnum arte vehementerque compresserat, scientiam talem esse dicebat; A II, 145.

contineo: quod ... ob eam .. causam calorem insitum in terris contineat || continet || artius; N II, 25.

dormio: ad lucem denique arte et graviter dormire te || dormitare || coepisse; D I, 59.

tango: narium .. item et gustandi † et parte || arte || tangendi magna iudicia sunt; N II, 146.

teneo: illud arte tenent accurateque defendunt, voluptatem esse summum bonum; P 14.

arteria. Luftröhre, Schlagader: I. desinunt, micant: venae et arteriae micare non desinunt quasi quodam igneo motu; N II, 24.

excipit, al.: cum aspera arteria ⟨sic enim a medicis appellatur⟩ ostium habeat adiunctum linguae radicibus paulo supra, quam ad linguam stomachus adnectitur, eaque ad pulmones usque pertineat excipiatque animam, eam quae ducta est spiritu, eandemque a pulmonibus respiret et reddat, tegitur quodam quasi operculo, quod ob eam causam datum est, ne, si quid in eam cibi forte incidisset, spiritus impediretur; N II, 136.

pertinet, al.: a pulmonibus arteria usque ad os intimum pertinet, per quam vox principium a mente ducens percipitur et funditur; N II, 149.

testantur, al.: et sanguis per venas in omne corpus diffunditur et spiritus per arterias. utraeque autem crebrae multaeque toto corpore intextae vim quandam incredibilem artificiosi operis divinique testantur; N II, 138.

II. traho: qui (nervi) sicut venae et arteriae a corde tracti et profecti in corpus omne ducuntur; N II, 139.

articulatim, gliederweiſe, gegliedert: distinguo: philosophorum more ..., quae fuse olim disputabantur ac libere, ea nunc articulatim distincta || † delecta, al. || dicuntur; L I, 36.

divido: »puerum .. obtruncat membraque articulatim dividit«; N III, 67.

articulus, Gelenk: I. exsisto ad: existit tamquam ad articulos sarmentorum ea, quae gemma dicitur; C 53.

II. naevus in: naevus || naevos || in articulo pueri delectat Alcaeum; N I, 79.

artifex, Künſtler, Meiſter: I, 1. cogitat, al.: cum in suo quemque opere artificem, qui quidem excellat, nihil aliud cogitare, meditari, curare videam, nisi quo sit in illo genere melior; R I, 35.

est, al.: si pulcher est hic mundus et si probus eius artifex, profecto speciem aeternitatis imitari maluit, sin secus ..., generatum exemplum est pro aeterno secutus. non igitur dubium, quin aeternitatem maluerit exsequi; Ti 6. 7.

versantur, al.: non .. credo nullo percepto aut ceteros artifices versari in suo munere, aut eos, qui divinatione utantur, futura praedicere; Fa 11.

2. sum: quam || quas || (artem) si subtraxeris, qui distingues artificem ab inscio? non enim fortuito hunc artificem dicemus esse, illum negabimus; A II, 22. nunc (sapientia) expetitur, quod est tamquam artifex conquirendae et comparandae voluptatis; F I, 42.

II. complector: qui (mundus) et has ipsas artes et earum artifices et cuncta conplectatur; N II, 87.

dico: neminem videbis ita laudatum, ut artifex callidus comparandarum voluptatum diceretur; F II, 116. mundi ... natura non artificiosa solum, sed plane artifex ab eodem Zenone dicitur; N II, 58.

distinguo: ſ. I, 2. A II, 22.

III. officina: mathematici, poëtae, musici, medici denique ex hac tamquam omnium artificum || artium || officina profecti sunt; F V, 7.

artificiose, künſtlich, kunſtmäßig: ambulo: naturae ista sunt ... non artificiose ambulantis, ut ait Zeno, ... sed omnia cientis; N III, 27.

efficio: quod .. in operibus nostrarum artium manus efficiat, id multo artificiosius naturam efficere; N II, 57.

ohne Verb: in ceteris artibus cum dicitur „artificiose“, posterum quodam modo et consequens putandum est; F III, 32.

artificiosus, kunſtreich, künſtlich, kunſtgemäß: A. auguria: externa .. auguria, quae sunt non tam artificiosa quam superstitiosa, videamus; D II, 76.

divinatio: efficitur ea divinatio, quae artificiosa dicitur, extorum, fulgorum, ostentorum signorumque caelestium; D I, 127. ſ. genus; D II, 26.

genus: ea genera divinandi ... non naturalia, sed artificiosa dicuntur; D I, 72. duo .. genera divinandi esse dicebas, unum artificiosum, alterum naturale; artificiosum constare partim ex coniectura, partim ex observatione diuturna; D II, 26. artificiosa || artificiosae || divinationis illa fere genera ponebas: extispicum eorumque, qui ..; D II, 26.

ignis: ut eam (naturam Zeno) dicat ignem esse artificiosum; N II, 57. id multo artificiosius naturam efficere, id est, ... ignem artificiosum; N II, 57.

interpretatio: hic magna quaedam exoritur, neque ea naturalis, sed artificiosa somniorum [Antiphontis] interpretatio; D I, 116.

iudicium: aurium ... est admirabile quoddam artificiosumque iudicium; N II, 146.

natura: hac .. ratione omnis natura artificiosa est; N II, 57. mundi ... natura non artificiosa solum, sed plane artifex ab eodem Zenone dicitur; N II, 58.

opus: (venae, arteriae) vim quandam incredibilem artificiosi operis divinique testantur; N II, 138.

praesensio: quid, si etiam ratio exstat artificiosae praesensionis facilis, divinae autem paulo obscurior? D I, 109.

res: nec (Epicurus) de re ... artificiosa, ut mathematici, sed de illustri ... loquitur; F II, 15.

B. sunt: bonis (similia sunt quaedam) non bona et artificiosis minime artificiosa; A II, 50.

artificium, Kunſtfertigkeit, Kunſt: I. concidunt: quo modo tu, si comprehendi nihil posset, artificia concidere dicebas, ... sic ..; A II, 146.

II, 1. effingo: cum artificium effingitis fabricamque divinam; N I, 47.

tollo: cum artificia tolli quereris a nobis; A II, 144.

trado: ut ... disputandi et intellegendi iudicium dicas te et artificium traditurum; A II, 114.
tueor: ne opifices quidem tueri sua artificia possent, nisi ..; F III, 4.
2. praesum: quam (prudentiam) omnes, qui cuique ‖ cuicumque ‖ artificio praesunt, debent habere; F IV, 76.
3. accedo ad: si sine magnis artificiis, ad quae pauci accedunt, ... nec videre nec audire possimus; A II, 86.
accipio de: de artificiis et quaestibus ... haec fere accepimus; O I, 150.
defluo ab: a quibus ... exculti a necessariis artificiis ad elegantiora defluximus; T I, 62.
recedo ab: hic (Aristoxenus) ab artificio suo non recessit; T I, 20.
III, 1. fabricari: quanto quasi artificio natura fabricata esset .. animal omne; A II, 30. quanto artificio esset ... totam constructionem hominis fabricata natura! A II, 86. quamquam foramina illa ... callidissimo artificio natura fabricata est; T I, 47.
percipi:: te ... ab iis rebus, quae sensibus aut artificiis perciperentur, abducere divinationem; D II, 13.
tondere: ita sordido ancillarique artificio regiae virgines ut tonstriculae tondebant barbam ... patris; T V, 58.
tradere: e quibus locis ... argumenta depromerentur, vestri ne suspicati quidem sunt, superiores autem artificio et via tradiderunt; F IV, 10.
2. sine: ſ. II, 3. accedo ad.

artus, eng, feſt: conligatio: artior .. colligatio est societatis propinquorum; O I, 53.
somnus: me ... artior quam solebat somnus complexus est; R VI, 10.
vinculum: concordia, artissimum atque optimum omni in re publica vinculum incolumitatis; R II, 69. cuius societatis artissimum vinculum est .. arbitrari ..; O III, 28. nullum .. vinculum ad astringendam fidem iure iurando maiores artius esse voluerunt; O III, 111.

artus, Gelenk, Glied, Gliedmaßen: I. ardent: cum omnes artus ardere viderentur; F II, 93.
laborant: quod vehementer eius (Posidonii) artus laborarent; T II, 61.
II, 1. capto, dissipo: »dum nati dissipatos ‖ dissupatos ‖ artus captaret parens«; N III, 67.
contineo: a quibus (nervis) artus continentur; N II, 139.
finio: (ossa) commissuras habent .. ad artus finiendos ‖ fingendos ‖ adcommodatas; N II, 139.
perrumpo: »hos ille (Mulciber) cuneos fabrica crudeli inserens perrupit artus«; T II, 23.
placo: »quoniam ‖ quom iam ‖ quieti corpus nocturno inpetu dedi sopore placans artus languidos«; D I, 44.
2. vivo in: si .. exstingui tranquille volumus, cum in his artibus vixerimus; fr V, 97.
III, 1. Ablativ: »eccita cum tremulis anus attulit artubus lumen«; D I, 40.
2. propter: propter molles commissuras et artus; N II, 150.

arvus, bebaut, subst. Saatfeld, Flur: A. agri: agri arvi et arbusti et pascui lati atque uberes definiebantur; R V, 3.
B, 1. diligo, 2. capio ex: prata et arva et pecudum greges diliguntur isto modo, quod fructus ex iis capiuntur; N I, 122.
exsisto ex: praeter Arcadas et Atheniensis qui ... commenti sunt se de terra tamquam hos ex arvis musculos extitisse; R III, 25

arx, Burg, Schutzwehr: I. efficit: urbs illa praeclara, ... arx visenda (nihilo magis efficiebat ..); R III, 43. num ... aut theatrum ... aut propylaea nobilia aut arx ... rem publicam efficiebat? R III, 44.
nititur, permanet: ut ita munita arx circumiectu arduo et quasi circumciso saxo niteretur, ut etiam in illa tempestate horribili Gallici adventus incolumis atque intacta permanserit; R II, 11.
II, 1. defendo: arcem tu quidem Stoicorum ... defendis; D I, 10.
munio: ſ. I. nititur.
retineo: * ita aqua Albana deducta ad utilitatem agri suburbani, non ad arcem urbemque retinendam; D II, 69.
viso: ſ. I. efficit; R III, 43.
2. confugio in: libido concitatur; in eandem arcem confugiendum est; T II, 58.
conloco in: sensus .. interpretes ac nuntii rerum in capite tamquam in arce ... conlocati sunt; N II, 140.
exsisto ex: ut sue plena procuratio fieret, vocem ab aede Iunonis ex arce extitisse; D I, 101.
fugio in: qui (Salinator) amisso oppido fugerat in arcem ‖ fuerat in arce ‖; C 11.
pono in: cuius (animi) principatum, id est rationem, (Plato) in capite sicut in arce posuit; T I, 20. non .. est (hoc opus) tale, ut in arce poni possit quasi illa Minerva Phidiae; P 5.
III. orbus: »arce et urbe orba sum«; T III, 44.
IV. in: nisi forte Athenae tuae sempiternam in arce oleam tenere potuerunt; L I, 2. cum in arce augurium augures acturi essent; O III, 66.

as, Aß: I. do: qui cum locupletis assiduos appellasset ab asse dando; R II, 40.
II. dare: ne M. ‖ Marco ‖ quidem Seio vitio datum est, quod in caritate asse modium populo dedit; O II, 58.

ascea, Axt: »rogum ascea ne polito;« L II, 59.

ascendo (adsc.), emporſteigen, erſteigen, beſteigen: I. alqs: sic .. adscenditis: „si tale visum ..“; A II, 49. eloquentia tueri, quam tu in caelum, Hortensi, credo, ut ipse cum ea simul ascenderes, sustulisses; fr V, 45. — endo: »si fas endo plagas caelestum ascendere cuiquam est;« R fr. 6. — in: (Sophocles) ascendit in Arium pagum, detulit rem; D I, 54. non .. in caelum ascensurus es; T I, 111. si quis in caelum ascendisset; Lae 88. quibus tandem gradibus Romulus escendit ‖ ascendit ‖ in caelum? P 11. iam cum magistratum inieris et in contionem ascenderis; F II, 74. cum (Masinissa) ingressus iter pedibus sit, in equum omnino non ascendere; C 34.
alqd: extremum omnium appetendorum .. ductum a prima commendatione naturae multis gradibus adscendit, ut ad summum perveniret; F V, 40.
animus: cum .. ab iis rebus ... ascendit animus collatione rationis; F III, 33.
II. gradum: qui se adiuvari volent, non ne adfligantur, sed ut altiorem gradum ascendant; O II, 62.
ripam: te ... eodem .. equo adversam ascendisse ripam; D I, 58.
suggestum: neque illud suggestum ... ascendenti signum sibi ullum ... datum; D I, 124.

ascensus (adsc.), Aufgang, Zugang, Stufe: I. est: »ollis (aedilibus) ad honoris amplioris gradum is primus ascensus esto«; L III, 7. hoc iis

(animis) faciliorem adscensum et reditum in caelum fore; fr V, 97.

II. do: »propter quae datur homini ascensus in caelum;« L II, 19.

ascisco (adsc.), herbeiholen, aufnehmen, annehmen, ſich aneignen, billigen: I. alqs: tantum interest, quod tu, cum es commotus, adsciscis, adsentiris, adprobas; A II, 141.

II. alqm: quo foedere .. Sabinos in civitatem adscivit sacris conmunicatis; R II, 13. adscivit eos (Latinos) in civitatem; R II, 33.

alqd: tu vero ista ne asciveris neve fueris commenticiis rebus adsensus; A II, 125. mihi verenti, ne labar ad opinationem et aliquid adsciscam et comprobem incognitum; A II, 138. quam ob rem illa, quae prima sunt adscita natura, diligamus; F III, 17. omnia, quae natura aspernetur, in malis esse, quae adsciscat, in bonis; T II, 30. quibus illi (populi) adscitis susceptisque honeste beateque viverent; L II, 11.

amicitiam: aut iustitiam aut amicitiam propter utilitates adscisci aut probari; F III, 70.

bonos: ut bonos boni diligant adsciscantque sibi quasi propinquitate coniunctos atque natura; Lae 50.

cognitiones: rerum .. cognitiones ... eas igitur ipsas propter se adsciscendas arbitramur; F III, 17.

deos: »separatim nemo habessit deos neve novos neve advenas nisi publice adscitos;« L II, 19.

ecfata: »quod (genus sacerdotum) interpretetur fatidicorum et vatium ecfata incognita, quorum || quae eorum || senatus populusque adsciverit; L II, 20.

ius: ut plusculum sibi iuris populus adsciscceret liberatus a regibus; R II, 57.

iustitiam: ſ. amicitiam.

manum: »Iovis .. numen Mulciberi ascivit manus;« T II, 23.

patres: antiquos patres maiorum gentium appellavit, ... a se adscitos minorum; R II, 35.

regem: praetermissis suis civibus regem alienigenam patribus auctoribus sibi ipse populus adscivit; R II, 25.

vacuitatem: vacuitatem doloris alii censent primum ascitam et primum declinatum dolorem; F V, 17 (18).

voluptatem: suavitate delectans (voluptas) sic ab errore mentis tamquam salutare aliquid adsciscitur; L I, 31.

III. mit doppeltem Accuſativ: Calchantem, Helenum, quos tamen augures ne ipsae quidem fabulae adscivissent, si res omnino repudiaret; N II, 7. defugit || fugit || patriam vir liber ac fortis et adscitus est civis a Tarquiniensibus; R II, 34.

ascribo (adsc.), beſchreiben, hinzufügen, eintragen: I. acc. c. inf.: illud minime auguris, quod adscripsit ob eam causam populum Romanum calamitatem maximam cepisse; D I, 29.

II. alqm: me quoque adscribe || adscribito, al. || fratris sententiae; L I, 20.

caerimonias, al.: quod pontifices cum pecunia sacra coniungi volunt isdemque ferias || hereditates || et caerimonias adscribendas putant; L II, 50.

III. mit doppeltem Accuſativ: admiratus eorum fidem tyrannus petivit, ut se ad amicitiam tertium ascriberent; O III, 45. „utinam ego," inquit, „tertius vobis amicus adscriberer"! T V, 63.

ascripticius (adsc.), neu eingetragen: quos quasi novos et adscripticios cives in caelum receptos putant; N III, 39.

asellus, Eſel: ut ... in .. tanta libertate canes etiam et equi, aselli denique liberi sic incurrant, ut iis de via decedendum sit; R I, 67.

asinus, Eſel: longum est mulorum persequi utilitates et asinorum; N II 159.

asotus, Wüſtling, Schwelger: I, 1. edunt, al.: reperiemus asotos primum ita non religiosos, ut „edint de patella", deinde ita mortem non timentes, ut illud in ore habeant ex Hymnide; F II, 22.

egent, al.: nolim .. mihi fingere asotos, ut soletis, qui in mensam vomant, et qui de conviviis auferantur crudique postridie se rursus ingurgitent, qui solem, ut aiunt, nec occidentem umquam viderint nec orientem, qui consumptis patrimoniis egeant. nemo nostrum istius generis asotos iucunde putat vivere; F II, 23.

exeunt: posse .. asotos ex Aristippi, acerbos e Zenonis schola exire; N III, 77.

vivunt: hos .. asotos bene quidem vivere aut beate numquam dixerim; F II, 23.

2. sum, al.: hoc est dicere: „non reprenderem asotos, si non essent asoti"; F II, 23. ut, qui asoti esse velint, philosophi ante fiant; F II, 30.

II. vita: negat se reperire in asotorum vita, quod reprendat; F II, 70.

aspectabilis, ſichtbar: alqd: corporeum .. et aspectabile itemque tractabile omne necesse est esse, quod natum est; Ti 13.

animal: (deus) animal unum aspectabile, in quo omnia animalia continerentur, effecit; Ti 12.

corpus: corpus .. caeli aspectabile effectum est; Ti 27.

aspecto, anſchauen: »hicine est ille Telamon, ... quem aspectabant, cuius ob os Graii ora obvertebant sua?« T III, 39.

aspectus (adsp.), Blick, Sehkraft, Geſicht, Geſichtskreis, Anblick, Ausſehen: I. adfert: nisi forte ... eorum .. (pomorum) iucundus non gustatus solum, sed odoratus etiam et aspectus dubitationem adfert, quin ..; N II, 158.

conturbat: si forte eos (philosophos) primus aspectus mundi conturbaverat; N II, 90.

est: quo sit earum stellarum admirabilior aspectus; N II, 106.

facit: multa .. facimus usque eo, dum aspectus ipse fidem faciat sui iudicii; A II, 19.

impellit: horum (siderum) nimirum aspectus impulit illos veteres et admonuit, ut plura quaererent; T V, 69.

indicat: quarum rerum aspectus ipse satis indicaret non esse ea fortuita; N II, 15.

II. 1. adhibeo: animo .. multis modis variisque delectari licet, etiamsi non adhibeatur aspectus; T V, 111.

adimo: quibus (Cimmeriis) aspectum solis sive deus aliquis sive natura ademerat sive eius loci, quem incolebant, situs; A II, 61.

amitto: quod iis saepe usu venit, qui † cum ... solem intuerentur, ut aspectum omnino amitterent; T I, 73.

aufugio: »Andromeda aufugiens aspectum maesta parentis;« N II, 111.

converto: oculos fecit .. mobiles, ut ... aspectum, quo vellent, facile converterent; N II, 142.

definio: qui (orbes) caelum quasi medium dividunt et aspectum nostrum definiunt; D II, 92.

habeo: quae partes .. corporis ... aspectum

essent deformem habiturae atque foedum || turpem ||; O I, 126.

2. cado sub: homines et pecudes et omnia, quae sub aspectum cadunt; Ti 11. qua ex coniunctione caelum ita aptum est, ut sub aspectum et tactum cadat; Ti 15. si neque sidera neque sol neque caelum sub oculorum aspectum cadere potuissent; Ti 52.

oblitesco a: quibus .. temporibus a nostro aspectu oblitescant (di); Ti 37.

III. quadrupes: »quadrupes ... capite brevi, cervice anguina, aspectu truci;« D II, 133.

IV. commoveri: quod (Mercurius) aspectu Proserpinae commotus sit; N III, 56.

exterreri: quo aspectu exterrita (nutrix) clamorem sustulit; D I, 79.

impediri: hic vir impediri etiam animi aciem aspectu oculorum arbitrabatur; T V, 114.

obstipescere: eius (Tagetis) adspectu cum obstipuisset bubulcus; D II, 50.

ornatus: nihil est .. eo (mundo) pulchrius, ... nihil ornatius aspectu; N III, 23.

percipi: quae .. aspectu percipiantur; T V, 111.

pulcher: sint ista pulchriora dumtaxat aspectu; N II, 47. qua (uva, vite) quid potest esse cum fructu laetius, tum aspectu pulchrius? C 53. divinae animationis maxime speciem faciebat ex igne, ut et splendissimus esset et aspectu pulcherrimus; Ti 35.

putare: ut hic primo aspectu inanimum quiddam ... se putat cernere, ... sic ..; N II, 90.

sentiri: quae aspectu sentiuntur; O I, 14.

videri: quod cuique ... primo quasi aspectu probabile videtur; A II, 35.

aspello, wegtreiben: »longe a leto numine aspellor Iovis;« T II 25.

asper, uneben, rauh, ſtreng, herb, hart, herb: A. alqs: (Stoici) horridiores evadunt, asperiores, duriores et oratione et moribus; F IV, 78.

alqd: „canorum illud (est), hoc bene olens, hoc asperum;“ A II, 21. nihil (esse) asperum nisi dolorem; F I, 71. dicunt illi asperum esse dolere, molestum, odiosum, contra naturam, difficile toleratu; F IV, 52. cur fortior sit, si illud ... asperum et vix ferendum putabit? F IV, 53. quae ... aspera .. et incommoda et reicienda et aliena naturae esse concedunt; F V, 78. quos non pudet ea, quae Stoici aspera dicunt, mala dicere; F V, 93. (cruciari) asperum, difficile, odiosum, contra naturam dicunt, nec tamen malum; T II, 17. ait ille (Hercules): »o multa dictu gravia, perpessu aspera!« T II, 20. „asperum est, contra naturam, difficile perpessu, triste, durum;“ T II, 29. etiamsi, quicquid asperum alienumque natura sit, id appellari placeat malum; T II, 66. neque quicquam ad nos pertinere, nisi quod aut leve aut asperum in corpore sentiatur; T V, 73.

arteria: cum aspera arteria ... ostium habeat adiunctum linguae radicibus; N II, 136.

corpora: qui asperis et levibus et hamatis uncinatisque corporibus concreta haec esse dicat interiecto inani; A II, 121.

corpuscula: esse corpuscula quaedam levia, alia aspera, rotunda || rutunda || alia; N I, 66.

dolor: ut (sapiens) ... perferendis doloribus asperiores repellat; F I, 33. si eum (dolorem) asperum et difficilem perpessu ... dixero; F IV, 72. definis tu mihi, non tollis dolorem, cum dicis asperum, contra naturam; T II, 30. urguentibus asperis et odiosis doloribus; T II, 67.

dominus: ut hoc populorum intersit, utrum comi domino an aspero serviant; R I, 50.

genus: (iudicantur) vocis genera permulta, canorum fuscum, leve asperum; N II, 146.

herba: in Lysandri ... statua ... in capite corona subito exstitit ex asperis herbis et agrestibus; D I, 75. at in Lysandri statuae capite Delphis extitit corona ex asperis herbis; D II, 68. herbam .. asperam || subito | credo avium congestu, non humano satu; D II, 68.

homo: Epicuro, homini aspero et duro, non est hoc satis; T II, 17.

imperium: vitiosas .. animi partes ut servos asperiore imperio coërceri; R III, 37.

motus: dolor .. (est) motus asper in corpore alienus a sensibus; T II, 35.

os: turba ... quaerentium .., quem incomptis unguibus bacchantes asperoque ore discerpant; A fr. 20 (§. 22).

quadrupes: »quadrupes tardigrada, agrestis, humilis, aspera;« D II, 133.

res: si potest esse beatus is, qui est in asperis reiciendisque rebus; F V, 78. tristis .. res est sine dubio, aspera, amara, inimica naturae; T II, 18. fortis .. animi ... est non perturbari in || perturbari || rebus asperis; O I, 80.

saxa: »advenio Acherunte ... per speluncas saxis structas asperis, pendentibus, maxumis; T I, 37. »ipse summis saxis fixus asperis, evisceratus;« T I, 107. »Titanum suboles, ... aspicite religatum asperis vinctumque saxis;« T II, 23.

B. iudico: quid iudicant sensus? dulce amarum, leve asperum, prope longe; F II, 36.

aspere, rauh, ſtreng, herb: dico: stomachabatur senex, si quid asperius dixeram; N I, 93.

facio: ut .. proprium est verae amicitiae .. alterum libere facere, non aspere; Lae 91.

ohne Verb: durior Diogenes, et is quidem *idem* sentiens, sed ut Cynicus asperius, proici se iussit inhumatum; T I, 104.

aspergo, ſpritzen, beſpritzen: aram: ne aram sanguine aspergeret; N III, 88.

pigmenta: aspersa temere pigmenta in tabula oris liniamenta efficere possunt; D I, 23.

asperitas, Rauheit, Härte, Herbheit, Wildheit: I, 1. addo: adde huc ... speluncarum concavas altitudines || amplitudines ||, saxorum asperitates; N II, 98.

fero: de asperitate .. eius (doloris) fortiter ferenda (Peripatetici) praecipiunt eadem, quae Stoici; F V, 94.

fugio: quam illorum (Stoicorum) tristitiam atque asperitatem fugiens Panaetius; F IV, 79.

habeo: quae .. (figura) nihil asperitatis habere, nihil offensionis potest; N II, 47. (id) nihil asperitatis ut haberet, nihil offensionis; Ti 17.

2. sum: si quis asperitate ea est et inmanitate naturae, congressus ut hominum fugiat; Lae 87.

II. alqd: ſ. I, 1. habeo.

III. duci: dolor in maximis malis ducitur quom sua asperitate, tum quod naturae interitus videtur sequi; L I, 31.

vastari: qui (homines) ... non patiuntur eam (terram) ... stirpium asperitate vastari; N II, 99.

aspernatio, Verſchmähung: I. sum: perturbationem, quae est aspernatio rationis aut adpetitus vehementior; T IV, 59.

II. evenio ex: quorum (animorum) omnes morbi et perturbationes ex aspernatione rationis eveniunt; T IV, 31.

aspernor, zurückweiſen, verwerfen, verſchmähen, verleugnen: alqd: qui ista non aspernor;

A II, 123. ut alterum esse appetendum, alterum aspernandum sentiamus; F I, 31. ut (animal) ea ... appetat asperneturque contraria; F II, 33. quod ... salutaria appetant parvi aspernenturque contraria; F III, 16. omnia, quae natura aspernetur, in malis esse, quae adsciscat, in bonis; T II, 30. de turpi contraria, nihil tam taetrum nihil tam aspernandum, nihil homine indignius; T II, 46. aliquid sibi dicere (Epicurus) videtur, cum id dicat, quod omnium mentes aspernentur ac respuant; Fa 47. recta .. et convenientia et constantia natura desiderat aspernaturque contraria; O III, 35.

coniunctionem: non recipit istam coniunctionem honestas, aspernatur, repellit; O III, 119.

sol neque caelum sub oculorum aspectum cadere potuissent; Ti 52.

concidit, consistit: vel concidat omne caelum omnisque natura *et* || et || consistat necesse est; T I, 54. R VI, 27.

conlucet: ut quam maxime caelum omnibus conluceret; Ti 31.

desiderat: ſ. II, 1. incito.

discedit: cum caelum discessisse visum est || esset || atque in eo animadversi globi; D I, 97. initio belli Marsici et deorum simulacra sudavisse, et sanguinem fluxisse, et discessisse caelum; D I, 99.

efficit: Athenis tenue caelum, ex quo etiam acutiores putantur Attici, crassum Thebis, itaque pingues Thebani et valentes. tamen neque illud tenue caelum efficiet, ut aut Zenonem quis aut Arcesilam aut Theophrastum audiat, neque crassum, ut Nemea potius quam Isthmo victoriam petat; Fa 7.

est: necesse est (animus) ita feratur, ut penetret et dividat omne caelum hoc, in quo nubes, imbres ventique coguntur, quod et umidum et caliginosum est propter exhalationes terrae; T I, 43. et mundum deum esse et caelum et astra et terram et animos ..; N I, 30. (Aristoteles) caeli ardorem deum dicit esse non intellegens caelum mundi esse partem, quem alio loco ipse designarit deum. quo modo autem caeli divinus ille sensus in celeritate tanta conservari potest? ubi deinde illi tot di, si numeramus etiam caelum deum? N I, 33. si obscurior ... stella extiterit, pingue et concretum esse caelum, ut eius adspiratio gravis et pestilens futura sit; sin inlustris ... stella apparuerit, significari caelum esse tenue purumque et propterea salubre; D I, 130. intervalla infinita ... a sole ad Martis, inde ad Iovis, ab eo ad Saturni stellam, inde ad caelum ipsum, quod extremum atque ultumum mundi est; D II, 91. caelum .. hoc simulacrum illius ultimi sit (necesse est), non proximi; Ti 12. ſ. cadit; Ti 15. — II, 1. incito.

fulget: dicunt .. „caelo fulgente, tonante;" N II, 65.

gaudet: omne .. caelum sive mundus, sive quo alio vocabulo gaudet, hoc a nobis nuncupatus sit —, de quo id primum consideremus ..; Ti 4.

intermittit, nitescit: hic .., ubi habitamus, non intermittit suo tempore »caelum nitescere;« T I, 69.

paret: cum omnes naturae numini divino, caelum, ignes, terrae, maria, parerent; N I, 22.

patet: ſ. II, 1. intueor; D I, 2.

potest: ſ. cadit; Ti 52. — II, 1. incito.

stat: Hicetas Syracosius || Syracusius ||, ut ait Theophrastus, caelum, solem ... stare censet; A II, 123.

tenet: quibus (generibus) praetermissis caeli absolutio perfecta non erit. omnia enim genera animalium complexu non tenebit; teneat autem oportebit, ut ex eodem ne quid absit; Ti 41.

tonat: ſ. fulget. — versatur: ſ. II, 1. verso.

videtur: ſ. discedit. — ohne Verb: ſ. efficit.

II. **nach Verben:** 1. **Accuſativ:** adficio: si ad rem pertinet, quo modo caelo adfecto conpositisque sideribus quodque animal oriatur; D II, 98.

cerno: cum ... caelum totum cernerent astris distinctum et ornatum; N II, 95.

cingo: continente ardore lucis orbem (Parmenides efficit), qui cingat caelum, quem appellat deum; N I, 28.

cognosco: quibus (litteris) in hoc ipso mundo caelum, terras, maria cognoscimus; T V, 105.

complector: sapientem ... omne caelum totamque cum universo mari terram mente complexum; F II, 112.

compleo: totum prope caelum ... nonne humano genere completum est? T I, 28.

contingo: dum ... alia .. illa divina (bona) longe lateque se pandant caelumque contingant; T V, 76.

dico: solem dicam aut lunam aut caelum deum? N I, 84. solem dico et lunam et vagas stellas et inerrantes et caelum et mundum ipsum; N II, 80.

dimetior: † mori videbamus || videbamus || in studio dimetiendi paene caeli atque terrae C. Galum; C 49.

distinguo: ſ. cerno.

divido: caelum in sedecim partis diviserunt Etrusci; D II, 42. qui (orbes) caelum quasi medium dividunt et aspectum nostrum definiunt; D II, 92. ſ. I. est; T I, 43.

efficio: ex his (corpusculis) effectum esse caelum atque terram nulla cogente natura, sed concursu quodam fortuito; N I, 66.

exorno: qua (varietate) caelum et terras exornatas videmus; N I, 22.

immuto: ut eius orbis una quaeque pars alia alio modo moveat inmutetque caelum; D II, 89.

incito: eum (mundum deus) .. caelo .. solidago et volubili et in orbem incitato conplexus est, quod secum ipsum propter virtutem facile esse posset nec desideraret alterum satis sibi ipsum notum et familiare; Ti 20.

intueor: iisdem .. hic sapiens ... oculis, quibus iste vester, caelum, terram, mare intuebitur; A II, 105. ut (homines) deorum cognitionem caelum intuentes capere possent; N II, 140. cum (Assyrii) caelum ex omni parte patens atque apertum intuerentur; D I, 2.

moveo: eadem effici omnia, quae, si stante terra caelum moveretur; A II, 123. ſ. immuto.

nomino: qui (ardor caelestis) aether vel caelum nominatur; N II, 41.

numero: ſ. I. est; N I, 33. — nuncupo: ſ. I. gaudet. — orno: ſ. cerno. — penetro: ſ. I. est; T I, 43.

perhibeo: etsi interpretatur Pacuvius: »hoc, quod memoro, nostri caelum, Graii perhibent aethera«; N II, 91.

perspicio: idem .. (animus) quom caelum, terras, maria rerumque omnium naturam perspexerit; L I, 61.

petesso: »mente .. divina (Iuppiter) caelum terrasque petessit«; D I, 17.

possideo: nisi forte Manilius interdictum aliquod inter duos soles putat esse componendum, ut ita caelum possideant, ut uterque possederit; R I, 20.

refero: eodem .. in libro rursus terram et caelum (Ponticus Heraclides) refert in deos; N I, 34.

rego: qua (necessitate, natura) caelum, maria, terrae regantur; N II, 77. quae vis ... aequalis (est) illius caelum atque terras tuentis et regentis dei; L II, 9.

suspicio: cum caelum suspeximus caelestiaque contemplati sumus; N II, 4. cum caelum suspexissemus, statim nos intellegere ..; N III, 10.

sustineo: nec .. Atlans sustinere caelum ... traderetur; T V, 8.

tempero: quodsi eorum (siderum) vi caelum modo hoc, modo illo modo temperatur, qui potest eadem vis esse nascentium, cum caeli tanta sit dissimilitudo? D II, 93.

tueor: ſ. rego; L II, 9.

verso: fac (mentem divinam) esse distentam, caelum versantem, terram tuentem, maria moderantem; N III, 93. cui (globo) subiecti sunt

septem, qui versantur retro contrario motu atque caelum; R VI, 17.

video: cum ipsum mundum, cum eius membra, caelum, terras, maria, ... vidissent; N I, 100. cum repente terram et maria caelumque vidissent; N II, 95. ſ. exorno.

2. **Dativ**: do: motum .. (deus) dedit caelo eum, qui figurae eius esset aptissimus; Ti 19.

infigo: quae (sidera) infixa caelo sunt; N I, 34. ex quo genere ea sunt sidera, quae infixa caelo non moventur loco; Ti 36.

inhaereo: cum (sapientis animus) ... sidera .. viderit innumerabilia caelo inhaerentia cum eius ipsius motu congruere certis infixa sedibus; T V, 69. nec habent (eae stellae) aetherios cursus neque caelo inhaerentes; N II, 54. ab Eudoxo Cnidio ... eandem illam (sphaeram) astris stellisque || astris ||, quae caelo inhaererent || astris caelo inhaerentibus ||, esse descriptam; cuius omnem ornatum et descriptionem sumptam ab Eudoxo multis annis post ... versibus Aratum extulisse; R I, 22.

proloquor: »cupido cepit miseram nunc me proloqui caelo atque terrae Medeai miserias«; T III, 63.

tribuo: modo .. (Theophrastus) menti divinum tribuit principatum, modo caelo, tum autem signis sideribusque caelestibus; N I, 35.

3. **Ablativ**: fruor: alias (bestias natura voluit) volucres caelo frui libero; T V, 38.

utor: qui utantur crasso caelo atque concreto; N II, 42.

4. **mit Präpoſitionen**: absum ex: ſ. I. tenet.

animadverto in: ſ. I. discedit.

ascendo in: non .. in caelum ascensurus es; T I, 111. si quis in caelum ascendisset naturamque mundi et pulchritudinem siderum perspexisset; Lae 88. ſ. escendo in.

cedo de: »cedunt de caelo ter quattuor corpora sancta avium«; D I, 108.

considero de: ſ. I. gaudet.

contueor in: »(me) resupinum in caelo contueri maximum ac mirificum facinus«; D I, 44.

convenio cum: qua ex coniunctione naturae ... convenire potest ... meus quaesticulus cum caelo, terra rerumque natura? D II, 34.

decido de: seminane deorum decidisse de caelo putamus in terras? N I, 91.

deduco de: deduc orationem tuam de caelo ad haec citeriora; R I, 34.

delabor de: quae (regula) quasi delapsa de caelo est ad cognitionem omnium; F I, 63.

devoco e: Socrates .. primus philosophiam devocavit e caelo; T V, 10.

dico de: quae de animae immortalitate dicerentur caeloque; R VI, 3.

distribuo circum: comitem .. eum (ignem) sapientiae quam optimae mentis effecit circumque omne caelum aequaliter distribuit; Ti 35.

duco a: quae tu a caelo astrisque ducebas; N III, 51.

effero ad: »hicine est ille Telamon, modo quem gloria ad caelum extulit?« T III, 39. quam (gravitatem dignitatemque virtutis) cum ad caelum extulerunt; T V, 85. — in: quamvis eam (amicitiam) Epicurus ... in caelum efferat laudibus; F II, 80. quorum non corpora sunt in caelum elata; R III, 40.

erigo, eruo ad: »nisi ... forte Triton ... molem ex profundo saxeam ad caelum eruit || erigit ||«; N II, 89.

escendo in: ut (Socrates) non ad mortem trudi, verum in caelum videretur escendere; T I, 71. quibus tandem gradibus Romulus escendit || ascendit || in caelum? P 11.

facio de: quod .. propter aëris crassitudinem de caelo apud eos (Etruscos) multa fiebant, et quod ob eandem causam multa invisitata || inusitata || partim e caelo, alia ex terra oriebantur; D I, 93.

fero ad: hoc etiam magis necesse est (haec duo genera) ferantur ad caelum; T I, 42. (aër) et mari continuatus et iunctus est et natura fertur ad caelum, cuius tenuitate et calore temperatus vitalem et salutarem spiritum praebet animantibus. quem complexa summa pars caeli, quae aetheria dicitur ..; N II, 117.

ico e: cum Summanus in fastigio Iovis optumi maxumi ... e caelo ictus esset; D I, 16. cum in Capitolio ictus Centaurus e caelo est, in Aventino portae et homines; D I, 98.

insum in: nulla .. in caelo nec fortuna nec temeritas nec erratio nec vanitas inest contraque omnis ordo, veritas, ratio, constantia; N II, 56. ut in se rationem et mentem putet inesse, in caelo mundoque non putet; L II, 16.

intericio inter: aër ... interiectus inter mare et caelum Iunonis nomine consecratur; N II, 66.

loco endo: »ollos, quos endo caelo merita locaverint || conlocav. ||, Herculem, Liberum, Aesculapium, Castorem, Pollucem, Quirinum (colunto)«; L II, 19.

migro in: video te alte spectare et velle in caelum migrare; T I, 82.

orior e: ſ. facio de.

penetro in: ut nulla acies humani ingenii tanta sit, quae penetrare in caelum, terram intrare possit; A II, 122. hominum ratio non in caelum usque penetravit? N II, 153. — per: quae (astra) per caelum penetrantia solstitiali se et brumali revocatione converterent; Ti 34.

pervenio in: posse animos ... in caelum quasi in domicilium suum pervenire; T I, 24.

proficiscor in: ipsi illi maiorum gentium di qui habentur, hinc *a* nobis || hinc | profecti in caelum reperientur; T I, 29.

recipio in: quos quasi novos et adscripticios cives in caelum receptos putant; N III, 39.

servo de: de caelo servare non ipsos censes solitos, qui auspicabantur? nunc imperant pullario; ille renuntiat; D II, 74.

sum in: cui (temperantiae) si locus in caelo est, est etiam voluptatibus; N III, 38. ut rex putaretur unus esse in caelo; R I, 56. omnibus, qui patriam conservaverint, adiuverint, auxerint, certum esse in caelo definitum locum; R VI, 13. quid est .. non dicam in homine, sed in omni caelo atque terra ratione divinius? L I, 22.

suspicio ad: aliquanto .. post (senex) suspexit ad caelum et: grates, inquit, tibi ago, summe Sol; R VI, 9. — in: quae (res) prima inpulit etiam, ut suspiceremus in caelum; R III, 3.

tango de: Etruria .. de caelo tacta scientissume animadvertit; D I, 92. Nattae .. statua aut aera legum de caelo tacta quid habent observatum ac vetustum? D II, 47. si fulserit, si tonuerit, si tactum aliquid erit de caelo; D II, 149.

tollo in: quem (Herculem) in caelum ista ipsa, quam vos iracundiam esse vultis, sustulit fortitudo; T IV, 50. ut beneficiis excellentis viros in caelum fama ac voluntate tollerent; N II, 62. quibus .. Romulum tenebris etiamsi natura ad humanum exitum abripuit, virtus tamen in caelum dicitur sustulisse; R I, 25. eloquentia tueri, quam tu in caelum, Hortensi, credo, ut ipse cum ea simul ascenderes, sustulisses; fr V, 45. si Cadmi progenies aut Amphi[try]onis aut Tyndari in caelum tollenda fama fuit, huic idem honos certe dicandus est; fr IX, 11.

transfero in: qui hos ‖ eos ‖ deos ex hominum genere in caelum translatos non re, sed opinione esse dicunt; N III, 53.

venio in: cum (animus) exierit et in liberum caelum quasi domum suam venerit; T I, 51.

versor in: quibus .. de causis ea versentur ‖ ea, quae versantur ‖ in caelo; F III, 37.

III. **nach Adjectiven und Adverbien:** redux in: ſ. IV, 2. dux in.

simul cum: »cum caeloque simul (caelestia) noctesque diesque feruntur«; N II, 104.

ultimus a: quae (stella) ultima a caelo, citima a terris luce lucebat aliena; R VI, 16.

usque in: ſ. II, 4. penetro in; N II, 153.

IV. **nach Subſtantiven:** 1. **Genetiv:** absolutio: ſ. I. tenet.

adfectio: fac in puero referre, ex ‖ referre, ‖ qua adfectione caeli primum spiritum duxerit; D II, 99.

aditus: siquidem bene meritis de patria quasi limes ad caeli aditum patet; R VI, 26.

ardor: ſ. I. est; N I, 33.

aspiratio: ſ. I. est; D I, 130.

axis: quid potest esse minus quietum quam ... versari circum axem caeli admirabili celeritate? N I, 52.

calor: ſ. II, 4. fero ad; N II, 117.

candor: cum videmus speciem primum candoremque caeli, dein ..., tum ... nocturnam .. caeli formam undique sideribus ornatam; T I, 68.

commutationes: cum † tempore ‖ temporum ‖ anni tempestatumque ‖ tempestatum atque ‖ caeli conversiones commutationesque tantae fiant accessu stellarum et recessu; D II, 89.

complexus: terram ... ad universi caeli complexum quasi puncti instar obtinere, quod *κέντρον* illi (mathematici) vocant; T I, 40. omnia cingens et coërcens caeli complexus; N II, 101.

conspectus: hominem (natura) .. ad caeli quasi cognationis domiciliique pristini conspectum excitavit; L I, 26.

constantia: quartus (modus est susceptus) ex astrorum ordine caelique constantia; N III, 16. altera (causa est) de temporum ordine caelique constantia; N III, 17.

contemplatio: cum ex terra nihil emineret, quod contemplationi caeli officere posset; D I, 93.

contemplator: cum videmus ... hominem .. ipsum quasi contemplatorem caeli ac deorum cultorem; T I, 69.

conversio: quartam causam esse ... aequabilitatem motus conversionum*que* ‖ in conversione ‖ caeli; N II, 15. (possentne) una totius caeli conversione cursus astrorum dispares conservari? N II, 19. ſ. commutationes.

corpus: corpus .. caeli aspectabile effectum est; Ti 27.

cursus: summus ille caeli stellifer cursus ... acuto et excitato movetur sono; R VI, 18.

deflagratio: natura futura praesentiunt, ut aquarum eluviones et deflagrationem futuram aliquando caeli atque terrarum; D I, 111.

discessus: te nec terrae fremitus nec caeli discessus (terrebit); D II, 60.

discriptio (descr.): cum ... astra ... eandem .. totius caeli discriptionem ‖ descr. ‖ longis intervallis rettulerint; R VI, 24. ſ. II, 2. inhaereo; R I, 22.

dissimilitudo: eos, qui nascuntur ‖ nascantur ‖ eodem tempore, posse in dissimilis incidere naturas propter caeli dissimilitudinem; D II, 93. ſ. II, 1. tempero.

distributio: caeli .. distributio ... et certarum rerum notatio docet, unde fulmen venerit, quo concesserit; D II, 45.

extremitas: sic animus a medio profectus extremitatem caeli a suprema regione rotundo ‖ rutundo ‖ ambitu circumiecit; Ti 26.

figura: ſ. II, 2. do. — forma: ſ. candor.

fulgura: »caeli .. fulgora ‖ fulgura ‖ regionibus ratis (augures) temperanto;« L II, 21.

impetus: cum .. impetum caeli cum admirabili celeritate moveri vertique videamus ‖ videmus ‖; N II, 97.

interpretes: cum dicunt ... eadem .. omnibus, qui eodem statu caeli et stellarum nati sint, accidere necesse esse, nonne eius modi sunt, ut ne caeli quidem naturam interpretes istos caeli nosse appareat? D II, 92.

lumina: »mollipedes .. boves spectantes lumina caeli«; D I, 15.

moderatio: si haec non vis et natura gignentium efficeret, sed temperatio lunae caelique moderatio; D II, 94.

motus: cum tam certos caeli motus, tam ratos astrorum ordines ... viderit; N II, 97. quae tanta dementia est, ut in maxumis motibus mutationibusque caeli nihil intersit, qui ventus, qui imber, quae tempestas ubique sit? D II, 94. ſ. conversio; N II, 15. — II, 2. inhaereo; T V, 69.

mutationes: caeli .. mutationes ... a dis inmortalibus tribui generi humano putant; N I, 4. ſ. motus; D II, 94.

natura: hebetiora ut sint hominum ingenia propter caeli pleniorem naturam; N II, 17. ſ. interpretes.

obitus: ſ. partes; D I, 18.

ornatus: ut mihi quidem numquam hunc admirabilem caeli ornatum ... suspexisse videantur; N II, 94. haec omnis discriptio siderum atque hic tantus caeli ornatus ex corporibus ... temere cursantibus potuisse effici cuiquam sano videri potest? N II, 115. ſ. II, 2. inhaereo; R I, 22.

palatum: „caeli palatum“, ut ait Ennius, (Epicurus) non suspexit; N II, 49.

partes: »Phoebi fax ... praecipitis caeli partis obitusque petessens«; D I, 18. »partibus intonuit caeli pater ipse sinistris«; D I, 106. caeli .. partes sibi definitas esse traditas, e quibus saepe opem rei publicae ferre possit; L III, 43. ſ. II, 4. fero ad; N II, 117.

perturbatio: haec .. cum sit tum serenitas, tum perturbatio caeli; D II, 94.

plagae: »quod est ante pedes, nemo spectat, caeli scrutantur plagas«; D II, 30. R I, 30.

porta: »mi soli caeli maxima porta patet;« R fr. 6.

regio: illi (di) ... purissima .. in regione caeli collocati; N II, 60.

sensus: ſ. I. est; N I, 33.

serenitas: ſ. perturbatio.

sidera: quae a luna ceterisque sideribus caeli temperatio fiat; D II, 94.

signa: caeli signorum admirabilem ordinem insatiabilemque pulchritudinem magis spectat; fr V, 53. qui e Caucaso caeli signa servantes numeris et modis ‖ [et motibus] ‖ stellarum cursus persequuntur; D I, 36.

species: quaenam species caeli videretur? N II, 96. ſ. candor.

status: ſ. interpretes.

tegmen: »inde est ales Avis lato sub tegmine caeli«; N II, 112.

temperatio: quae (commoda) percipiuntur caeli temperatione, fecunditate terrarum; N II, 13.

templa: »quamquam multa manus ad caeli caerula templa tendebam lacrumans«; D I, 41.

tenuitas: ſ. II, 4. fero ad; N II, 117.

varietas: quae omnia fiunt et ex caeli varietate et ex disparili adspiratione terrarum; D I, 79.

vertex: paribus .. stellis similiter distinctis eundem caeli verticem lustrat parva Cynosura; N II, 106. (cingulos) caeli verticibus ipsis ex utraque parte subnixos; R VI, 21.

2 **mit Präpoſitionen:** alqd de: haec .., quibus utimur, sive tripudio sive de caelo, simulacra sunt auspiciorum, auspicia nullo modo; D II, 71.

ascensus in: »propter quae datur homini ascensus in caelum«; L II, 19. hoc iis (animis) faciliorem adscensum et reditum in caelum fore; fr V, 97.

cursus in: nec .. omnibus iidem illi sapientes arbitrati sunt eundem cursum in caelum patere; fr IX, 12.

dux in: quae (vita) in claris viris et feminis dux ‖ redux ‖ in caelum soleret esse; T I, 27.

fremitus e: cum e caelo fremitus auditus (est); D I, 97.

intervalla ad: ſ. I. est; D II, 91.

reditus in: iis .. (animis) reditum in caelum patere, optimoque et iustissimo cuique expeditissimum; Lae 13. ſ. ascensus; fr V, 97.

signa in: »astrologorum signa in caelo quid fit ‖ sit ‖ observationis ‖ quaesit, observat, Iovis ‖, cum ..!« R I, 30.

via in: ea vita via est in caelum et in hunc coetum eorum, qui ..; R VI, 16.

V. **Umſtand:** 1. **Ablativ:** complecti: ſ. II, 1. incito.

zum Satz: ut nulla pars caelo, mari, terra, ut poëtice loquar, ‖ [ut p. loquar] ‖ praetermissa sit; F V, 9. terrane tibi hoc nebuloso et caliginoso caelo aut sata aut concreta videtur tanta vis memoriae? T I, 60. quod is (sol) diem efficeret toto caelo luce diffusa; N II, 95. »haec fore ... ipse deum genitor caelo terrisque canebat«; D I, 19.

2. **Präpoſitionen:** cum: ut (terra) cum caelo hilarata videatur; N II, 102.

in: cum vacui curis etiam, quid in caelo fiat, scire avemus; F II, 46 „Romulus in caelo cum dis agit aevum", ut famae adsentiens dixit Ennius; T I, 28. is docuit similem animum suum eius esse, qui ea (astra) fabricatus esset in caelo; T I, 62. florere in caelo Academiam necesse est; N I, 80. quod efficitur in caelo singulis diebus et noctibus; N II, 88. ut (Boëthus) earum rationem rerum explicaret, quae in mari caelove fierent; D I, 13. iam explorata nobis sunt ea, quae ad domos nostras ... pertineant? siquidem, quid agatur in caelo, quaerimus; R I, 19. fiebat, ut soli luna totidem conversionibus in aere illo, quot diebus in ipso caelo, succederet, ex quo .. in [caelo] sphaera solis fieret eadem illa defectio; R I, 22. ſ. I. est; T I, 43.

intra: terram, altricem nostram, ... antiquissimam deorum omnium voluit esse eorum, qui intra caelum gignerentur; Ti 37.

caementum, Bauſtein: num hoc in latere aut in caemento, ex quibus urbs effecta est, potuit valere? D II, 99.

caenum, Schmutz, Kot: I. olet, al.: sic se dicere omnes stultos insanire, ut male olere omne caenum. at non semper. commove, senties; T IV, 54.

II. iaceo in: vitiis et sceleribus contaminatos deprimi in tenebras atque in caeno iacere docuerunt; fr IX, 12.

caerimonia, Heiligkeit, Feierlichkeit, Feier, Religionsgebrauch: I, 1. ascribo: quod pontifices ... isdem .. (sacris) ferias ‖ hereditates ‖ et caerimonias adscribendas putant; L II, 50.

colo: id .. cum multis aliis rebus, tum e pontificio iure et e caerimoniis sepulcrorum intellegi licet, quas maxumis ingeniis praediti nec tanta cura coluissent, nec violatas tam inexpiabili religione sanxissent, nisi ..; T I, 27.

conservo: neque solum in homines obsequia, sed etiam in deos caerimoniae religionesque tolluntur ‖ tollentur ‖, quas non metu, sed ea coniunctione, quae est homini cum deo, conservandas puto; L I, 43.

constituo: cum ... caerimoniae, comitia, provocationes, patrum consilium (esset constitutum); T IV, 1.

declaro: tota .. huius iuris conpositio pontificalis magnam religionem caerimoniamque declarat; L II, 55.

defendo: ut opiniones, ... sacra, caerimonias religionesque defenderem. ego vero eas defendam semper semperque defendi; N III, 5.

habeo: suos .. deos ... coli confusionem habet religionum et ignotas caerimonias † nos ‖ nostris ‖ sacerdotibus; L II, 25.

retineo: maiorum instituta tueri sacris caerimoniisque retinendis sapientis est; D II, 148.

sancio, violo: ſ. colo. — tollo: ſ. conservo.

tueor: qui caerimonias religionesque publicas sanctissime tuendas arbitror; N I, 61.

2. praesum: »eorum .. (sacerdotum) genera sunto tria, unum, quod praesit caerimoniis et sacris, alterum ..;« L II, 20.

3. existimo de: quid de religione, pietate, sanctitate, caerimoniis, fide, iure iurando ... existimandum sit; N I, 14.

intellego e: ſ. 1. colo.

II. mitigare: animos ... ardentis consuetudine et cupiditate bellandi religionum caerimoniis mitigavit; R II, 26.

caeruleus, caerulus, dunkel, dunkelblau, ſchwärzlich: A. anguis: »caeruleo incinctae angui incedunt, circumstant cum ardentibus taedis;« A II, 89.

mare: quia (mare) nobismet ipsis modo caeruleum videbatur, mane ravum; A II, 105. quid? mare nonne caeruleum? A fr. 7.

oculi: caesios oculos Minervae, caeruleos esse Neptuni; N I, 83.

templa: »quamquam multa manus ad caeli caerula templa tendebam lacrumans«; D I, 41.

B. transvehor: »nemo haec umquam est transvectus caerula cursu, quin .. adstiterit«; F V, 49.

caesius, blaugrau: caesios oculos Minervae, caeruleos esse Neptuni; N I, 83.

caestus, Kampfriemen, Schlagriemen: I. iacto: pugiles .., etiam cum feriunt adversarium, in iactandis caestibus ingemescunt; T II, 56.

II. contundi: pugiles caestibus contusi ne ingemescunt quidem; T II, 40.

calamitas, Unglück, Unfall, Bedrängnis, Not, Niederlage: I. est: est etiam quaedam calamitas in amicitiis dimittendis non numquam necessaria; Lae 76.

impendent: hoc ne homines quidem probi faciunt, ut amicis inpendentis calamitates praedicant, quas illi effugere nullo modo possint; D II, 54.

possunt: ſ. II, 1. efficio.

II, 1. accipio: quae (res publica) Cannensi calamitate accepta maiores animos habuit quam umquam rebus secundis; O III, 47. quam calamitatem accepisset in bello, communem fortunae bellicae iudicantem (Regulum) tenere consularis dignitatis gradum; O III, 99.

capio: illud minime auguris, quod adscripsit ob eam causam populum Romanum calamitatem maximam cepisse; D I, 29.

conligo: cum calamitates clarissimorum virorum iniuriasque iis ab ingratis inpositas civibus colligunt; R I, 4.

denuntio: eadem .. tempestate multis signis Lacedaemoniis Leutricae pugnae calamitas denuntiabatur; D I, 75.

efficio: bene meritorum saepe civium expulsiones, calamitates, fugae ... sine hominum opibus ... effici (non) possunt; O II, 20.

effugio: ſ. 1. impendent.

haurio: is (Pompeius) propagatione vitae quot, quantas, quam incredibilis hausit calamitates! T I, 86.

inveterata: ſ. IV. medicina. — iudico: ſ. accipio; O III, 99. — praedico: ſ. 1. impendent.

refero: hic ... in domum multiplicatam non repulsam solum rettulit, sed ignominiam etiam et calamitatem; O I, 138.

sublevo: misericordiam (utilem esse) ad opem ferendam et hominum indignorum calamitates sublevandas; T IV, 46.

2. vaco: si ... altera (aratio) omni tempestatis calamitate semper vacat; T V, 86.

III. dignus: nisi forte (calamitosi) erunt digni calamitate; O II, 62.

IV. causa: quae fuisset tantae calamitatis causa; T I, 115. si .. ea causa calamitatis fuit; D I, 29. quae (obnuntiatio) si falsa fuisset, nullam adferre potuisset causam calamitatis; D I, 29. non .. obnuntiatio Ateii causam finxit calamitatis; D I, 30.

denuntiatio: quae est .. ista a deis profecta significatio et quasi denuntiatio calamitatum? D II, 54.

ius: qui ... universas provincias regionesque uno calamitatis iure comprehenderet; O II, 27.

medicina: tanta .. calamitatis praesentis adhibetur a philosopho medicina, quanta inveteratae ‖ inveterata, in inveterata ‖ ne desideratur quidem; T III, 54.

nomen: certae scholae sunt ... de debilitate, de caecitate, de omni casu, in quo nomen poni solet calamitatis; T III, 81.

praenuntiae: quae (stellae) nuper bello Octaviano magnarum fuerunt calamitatum praenuntiae; N II, 14.

significatio: ſ. denuntiatio.

societates: quam graves, quam difficiles plerisque videntur calamitatum societates! ad quas non est facile inventu qui descendant; Lae 64.

spectatores: nonne ... socii .. spectatores .. se otiosos praebuerunt Leuctricae calamitatis? O II, 26.

V, 1. debilitari: cum plebes publica calamitate inpendiis debilitata deficeret; R II, 59.

deleri: qui (Dicaearchus) ... comparat, quanto plures deleti sint homines hominum impetu ..., quam omni reliqua calamitate; O II, 16.

premi: alia causa est eius, qui calamitate premitur, et eius, qui ..; O II, 61.

2. ante: Lacedaemoniis paulo ante Leuctricam calamitatem quae significatio facta est! D I, 74.

calamitose, unglücklich: quod aiunt: „minima de malis,“ id est ut turpiter potius quam calamitose, an est ullum maius malum turpitudine? O III, 105.

calamitosus, unglücklich, elend, unheilvoll, verderblich: A. alqs: eos, qui se aegritudini dediderunt, miseros, adflictos, aerumnosos, calamitosos (dicere solemus); T IV, 82.

alqd: hoc .. ipsum, utile putare, quod turpe sit, calamitosum est; O III, 49.

exitus, exsilium: reditum mihi gloriosum iniuria tua dedit, non exitum ‖ exilium ‖ calamitosum; P 29.

fuga: in illa fuga nobis gloriosa, patriae calamitosa; D I, 59.

otium: multa praeclara in illo calamitoso otio scripsit; F V, 54.

proelium: cum hoc calamitosum proelium fieret; D I, 78.

B (vgl. A. alqs). quaerunt: ut ... magis amicitiarum praesidia quaerant ... calamitosi quam ii, qui putentur ‖ putantur ‖ beati; Lae 46.

sunt, al.: propensior benignitas esse debebit in calamitosos, nisi forte erunt digni calamitate; O II, 62.

calceolus, kleiner Schuh: quam (Sospitam) tu ... vides ... cum hasta, cum scutulo, cum calceolis repandis; N I, 82.

calceus, Schuh: tum Scipio calceis et vestimentis sumptis e cubiculo est egressus; R I, 18.

calciamentum, Schuhwerk: mihi .. est ... calciamentum solorum callum; T V, 90.

calculus, Stein, Rechenstein, Blasenstein: I. do: tibi concedo, quod in XII scriptis solemus, ut calculum reducas, si te alicuius dati paenitet; fr V, 60.

iacio: dicitur quidam, cum in somnis complexu Venerio iungeretur, calculos eiecisse; D II, 143.

reduco: ſ. do.

subduco: fortes viri voluptatumne calculis subductis proelium ineunt, ... an .. animi ardore ... concitati? F II, 60.

2. voco ad: hoc .. est nimis exigue et exiliter ad calculos vocare amicitiam; Lae 58.

calefacio (calfacio, calficio), wärmen, erwärmen: I. vis: quae vim habeant refrigerandi calfaciendi, concrescendi liquendi; Ti 50.

II. corpus: materia ... ad calficiendum corpus igni adhibito et ad mitigandum cibum utimur; N II, 151.

caleo, warm, heiß ſein, brennen: alqd: in omni natura rerum id vivere, id vigere, quod caleat; N III, 35.

ignis: sentiri haec putat ‖ hoc [putat] ‖, ut calere ignem, nivem esse albam, mel dulce; F I, 30.

terra: recenti fossione terram fumare calentem; N II, 25.

calesco, warm werden, ſich erwärmen: aetas: ubi .. potest illa aetas aut calescere vel apricatione melius vel igni aut vicissim umbris aquisve refrigerari salubrius? C 57.

anima: ea (anima) calescit primum ipso ab spiritu, deinde contagione pulmonum; N II, 138.

calidus, warm, heiß, hitzig, eilig: A. alqd: omne, quod est calidum et igneum, cietur et agitur motu suo; N II, 23.

animus: calidior est .. vel potius ardentior animus, quam est hic aër; T I, 42.

aqua: ex puteis iugibus aquam calidam trahi; N II, 25.

consilia: quibus periculosa et calida consilia quietis et cogitatis splendidiora et maiora videantur; O I, 82.

loca: grues cum loca calidiora petentes mare transmittant; N II, 125.

sidera: tota .. (sidera) sunt calida atque perlucida; N II, 39.

B, I. sunt: si esset (ius naturale), ut calida et frigida, ut amara et dulcia, sic essent iusta et iniusta eadem omnibus; R III, 13.

II. fundo, al.: calidum illud atque igneum ita in omni fusum esse natura, ut in eo insit procreandi vis et causa gignendi, a quo et animantia omnia et ea, quorum stirpes terra continentur, et nasci sit necesse et augescere; N II, 28.

sentio: sentit .. (animal) et calida et frigida et dulcia et amara; N III, 32.

III. alqd de: id quidem commune est de calido; N III, 36.

caliginosus, neblig, verdunkelt: caelum: quod et umidum et caliginosum (caelum) est propter exhalationes terrae; T I, 43. terrane tibi hoc nebuloso et caliginoso caelo aut sata aut concreta videtur tanta vis memoriae? T I, 60.

stella: si obscurior *et* quasi caliginosa stella extiterit; D I, 130.

caligo, Nebel, Dunkel, Finſternis: I. constat: »ubi rigida constat crassa caligo inferum«; T I, 37.

II, 1. dispello: eadem .. (philosophia) ab animo tamquam ab oculis caliginem dispulit; T I, 64.

offundo: hic error et haec indoctorum animis offusa caligo est; T V, 6.

2. cerno per: in ... imbecilla .. mente vis naturae quasi per caliginem cernitur; F V, 43.

III. circumfundi: qui tum etiam, cum has terras incolentes circumfusi erant caligine, tamen acie mentis dispicere cupiebant; T I, 45.

calix, Becher: quid? huic calix mulsi impingendus est, ut plorare desinat, aut aliquid eius modi? T III, 44.

callide, ſchlau, verſchlagen: cogito, excogito: hoc tam callide Iuppiter *ex*cogitavit ‖ cogitavit ‖! D II, 47.

perficio: callide .., qui illa composuit, perfecit, ut, quodcumque accidisset, praedictum videretur; D II, 110.

refero: (oportet fingi illum virum) omnia callide referentem ad utilitatem, acutum, versutum, veteratorem; F II, 53.

ohne Verb: nihil horum nimis callide; N I, 70. at id ipsum quam callide, qui regnum adulterio quaereret; N III, 68.

calliditas, Schlauheit, Verſchlagenheit: I. est: quae est .. ista calliditas res vetustate robustas calumniando velle pervertere? D I, 35. neque .. in pastoribus illis ... nec in ipso Romulo haec calliditas esse potuit, ut ..; D I, 105. fuit .. stulta calliditas perverse imitata prudentiam; O III, 113.

imitatur: ſ. est; O III, 113.

II, 1. appello: scientia, quae est remota ab iustitia, calliditas potius quam sapientia est appellanda; O I, 63.

do: istam calliditatem hominibus di ne dedissent! qua perpauci bene utuntur, qui tamen ipsi saepe a male utentibus opprimuntur, innumerabiles autem improbe utuntur; N III, 75.

2. utor: ſ. 1. do.

callidus, gewandt, ſchlau, verſchlagen: A. alqs: finge non solum callidum eum, ... verum etiam praepotentem; F II, 57. callidos .. (eos appello), quorum tamquam manus opere, sic animus usu concalluit; N III, 25. tum ... callidi sumus, non boni; L I, 41. callidum Hannibalem ex Poenorum, ex nostris ducibus Q. Maximum accepimus; O I, 108. quo .. quis versutior et callidior, hoc invisior et suspectior est ‖ suspectior ‖ detracta opinione probitatis; O II, 34.

alqd: qua (natura) nihil potest esse callidius; N II, 142.

adsentatio: etiam graviores constantioresque admonendi sunt, ut animadvertant, ne callida adsentatione capiantur; Lae 99.

aestimatores: si isti callidi rerum aestimatores prata et areas quasdam magno aestimant; P 51.

agitator: ego .. ut agitator callidus, prius quam ad finem veniam, equos sustinebo; A II, 94.

artifex: ut artifex callidus comparandarum voluptatum diceretur; F II, 116.

artificium: quamquam foramina illa ... callidissimo artificio natura fabricata est; T I, 47.

factum: in primis .. versutum et callidum factum Solonis; O I, 108.

homo: Chrysippus tibi acute dicere videbatur, homo sine dubio versutus et callidus; N III, 25. ii saepe versutos homines et callidos admirantes malitiam sapientiam iudicant; O II, 10.

improbus: non .. de improbo, sed *de* callido improbo quaerimus; F II, 54.

interpretatio: existunt ... iniuriae ... nimis callida, sed malitiosa ‖ [sed malitiosa] ‖ iuris interpretatione; O I, 33.

ratio: illud vero quam callida ratione! N III, 66.

sapientia: an quod (sapientia) ita callida est, ut optime possit architectari voluptates? F II, 52.

B, I. adsentatur, al.: callidus ille et occultus ne se insinuet, studiose cavendum est; nec enim facillime adgnoscitur, quippe qui etiam adversando saepe adsentetur et litigare se ‖ litigare ‖ simulans blandiatur atque ad extremum det manus vincique se patiatur; Lae 99.

II. duco, al.: ut ille veterator et callidus vinctus ad Hannibalem duceretur; O III, 113.

III. genus: non viri boni (hoc genus est), versuti potius, obscuri, astuti, fallacis, malitiosi, callidi, veteratoris, vafri; O III, 57.

callum, harte Haut, Schwiele: I. est: mihi .. est ... calciamentum solorum callum; T V, 90.

II. obduco: ipse labor quasi callum quoddam obducit dolori; T II, 36. quorum (Corinthiorum) animis diuturna cogitatio callum vetustatis obduxerat; T III, 53.

calo, Reitknecht: eos tu cantheriis albis nullis calonibus ob viam Vatinio venisse existimas? N III, 11.

calor, Wärme, Hitze, Glut: I. deficit: animantis, cum calor defecerit, tum interire; N III, 35.

est: mundi ille fervor ... *est* ... aptior ad sensus commovendos quam hic noster calor, quo haec, quae nota nobis sunt, retinentur et vigent; N II, 30. ut ..., si est calor a sole, (aves) se opponant; N II, 129.

inest: cuius (cibi) etiam in reliquiis inest calor iis, quas natura respuerit; N II, 24.

II, 1. adipiscor: cum ‖ tum ‖ .. (animus) sui similem et levitatem et calorem adeptus *est*; T I, 43.

admisceo: aquae etiam admixtum esse calorem primum ipse liquor aquae declarat et fusio ‖ declarat effusio, declarat ‖, quae neque conglaciaret frigoribus neque nive pruinaque concresceret, nisi eadem se admixto calore liquefacta et dilapsa

diffunderet. itaque et aquilonibus ... adstrictus durescit umor, et idem vicissim mollitur tepefactus et tabescit calore. atque etiam maria agitata ventis ita tepescunt, ut intellegi facile possit in tantis illis umoribus esse inclusum calorem; N II, 26.

comprendo: quid, quod eadem mente res dissimillimas comprendimus, ut colorem, saporem, calorem, odorem, sonum? T I, 46.

contineo: quod magna vis terrae cavernis contineatur || continetur || caloris eaque hieme sit densior ob eamque causam calorem insitum in terris contineat || continet || artius; N II, 25. is .. (vapor) existit motu eius caloris, qui aquis continetur; N II, 27.

exstinguo: refrigerato .. et extincto calore occidimus ipsi et extinguimur; N II, 23. ego .. non intellego, quo modo calore extincto corpora intereant, non intereant umore aut spiritu amisso, praesertim cum intereant etiam nimio calore; N III, 35.

fundo: et umorem et calorem, qui est fusus in corpore, ... si quis quaerat, unde habeamus; N II, 18.

habeo: ut facile et calore, quem (alvus) multum habet, et terendo cibo || terendo || ... omnia cocta atque confecta in reliquum corpus dividantur; N II, 136. ſ. fundo.

impertio: quarta pars mundi ... ceteris naturis omnibus salutarem inpertit et vitalem calorem; N II, 27.

includo: omne .., quod vivit, ... id vivit propter inclusum in eo calorem; N II, 24. ſ. admisceo.

insero: ſ. contineo; N II, 25.

moveo: quid potest esse mundo valentius, quod pellat atque moveat calorem eum, quo ille teneatur? N II, 31.

pello: ut tectis saepti frigora caloresque pellamus; N II, 151. ſ. moveo.

refrigero: ſ. exstinguo; N II, 23.

sentio: quae sentiuntur, ut frigus, ut calor, ut voluptas, ut dolor; N III, 34.

tempero: quorum (ventorum Etesiarum) flatu nimii temperantur calores; N II, 131.

2. dico de, genero ex: quae a te, physice, dicta sunt de vi ignea deque eo calore, ex quo omnia generari dicebas; N III, 18.

III, 1. expers: ipse .. aër ... minime est expers caloris; ille vero et multo quidem calore admixtus est; N II, 26. 27.

2. praeditus: ex corpusculis non calore, non qualitate aliqua, ... non sensu praeditis, sed concurrentibus temere atque casu; N II, 94.

3. tutus a: obducuntur .. libro aut cortice trunci, quo sint a frigoribus et caloribus tutiores; N II, 120.

IV. appulsus: ut omnes ictus omnesque minimos et frigoris et caloris adpulsus sentire possimus; N II, 141.

modus: solis tum accessus modici, tum recessus et frigoris et caloris modum temperant; N II, 49.

molestiae: quibus (tectis) et frigorum vis pelleretur et calorum molestiae sedarentur; O II, 13.

motus: ſ. II, 1. contineo; N II, 27.

natura: eam caloris naturam vim habere in se vitalem per omnem mundum pertinentem; N II, 24.

temperatio: ea (semina) temperatione caloris et oriri et augescere; N II, 26.

varietates: idem (aër) annuas frigorum et calorum facit varietates; N II, 101.

vis: cum ... contueri licebit ... regiones ... omni cultu propter vim frigoris aut caloris vacantis; T I, 45. cum vim caloris non facile patiatur; T V, 74. ut omnia, quae alantur et quae crescant || aluntur atque crescunt ||, contineant in se vim caloris; N II, 23. quanta vis insit caloris in omni corpore; N II, 24. omnis .. coagmentatio corporis vel caloris vel frigoris *vi* || vi cal. vel fr., al. || vel aliqua inpulsione vehementi labefactatur et frangitur; Ti 17. ſ. II, 1. contineo; N II, 25.

V, 1. admisceri: ſ. III, 1.

augescere: quae (uva) et suco terrae et calore solis augescens ... maturata dulcescit; C 53.

concoquere: eas .. (conchas) cum stomachi calore concoxerit; N II, 124.

fulciri: omnes .. partes mundi ... calore fultae sustinentur; N II, 25.

interire: ſ. II, 1. exstinguo; N III, 35.

molliri: ſ. II, 1. admisceo.

retineri: ſ. I. est; N II, 30.

suffundi: tenuis ac perlucens et aequabili calore suffusus aether; N II, 54.

sustineri: cum omnes mundi partes sustineantur calore; N II, 28. ſ. fulciri.

tabescere, tepefieri: ſ. II, 1. admisceo.

temperari: cuius (caeli) tenuitate et calore temperatus (aër) vitalem et salutarem spiritum praebet animantibus; N II, 117.

teneri: cum homines bestiaeque hoc calore teneantur et propterea moveantur ac sentiant; N II, 31. ſ. II, 1. moveo.

vigere: ſ. I. est; N II, 30.

uri: cum videmus ... ceteras partis incultas, quod aut frigore rigeant aut urantur calore; T I, 69.

2. propter: ſ. II, 1. includo.

calvitium, Glatze: perinde stultissimum regem in luctu capillum sibi evellere, quasi calvitio maeror levaretur; T III, 62.

calumnia, Kabale, Schikane, Ränke, Verdrehung: I. adhibeo: (Carneades) premebat alio modo nec ullam adhibebat calumniam; Fa 31.

coërceo: si in minimis rebus pertinacia reprehenditur, calumnia etiam coërcetur; A II, 65.

confero: nec Arcesilae calumnia conferenda est cum Democriti verecundia; A II, 14.

effugio: haec ... facilius effugiunt Academicorum calumniam; N II, 20.

II. exsistere: existunt etiam saepe iniuriae calumnia quadam; O I, 33.

ludificari: qui (Carneades) saepe optimas causas ingenii calumnia ludificari solet; R III, 9.

zum Satz: inimicorum calumnia triennio tardius quam debuerat triumphavit; A II, 3.

calumnior, verdrehen, ſchikanieren: quae est .. ista calliditas res vetustate robustas calumniando velle pervertere? D I, 35.

calx, Ferſe: adulescentium greges Lacedaemone vidimus ipsi incredibili contentione certantis pugnis, calcibus, unguibus, morsu denique; T V, 77.

calx, Ziel: 1. video: nunc video calcem, ad quam cum sit decursum, nihil sit praeterea extimescendum; T I, 15.

2. decurro ad: ſ. 1.

pervenio ad: maxume .. optandum est, ut cum aequalibus possis, quibuscum tamquam e carceribus emissus sis, cum isdem ad calcem, ut dicitur, pervenire; Lae 101.

revoco a: nec .. velim quasi decurso spatio ad carceres a calce revocari; C 83. quoniam sumus ab ipsa calce eius interpellatione revocati; R fr 7.

camelus, Kamel: quae (animalia) .. altiora sunt, ut anseres, ut cygni, ut grues, ut cameli, adiuvantur proceritate collorum; N II, 123 (122).

campus, Feld, Ebene, Platz, Marsfeld: I, 1. est: cum sit .. campus, in quo exsultare possit oratio; A II, 112.

patent: Aegyptii et Babylonii in camporum patentium aequoribus habitantes; D I, 93.

sentit: sentit curia, campus, socii, provinciae, ut, quem ad modum ratione recte fiat, sic ratione peccetur; N III, 69.

suppeditat: suppeditant .. et campus noster et studia venandi honesta exempla ludendi; O I, 104.

ohne Verb: hinc rhetorum campus de Marathone, Salamine, Plataeis, Thermopylis, Leuctris; O I, 61.

2. sum: in Solonio || Selonio ‖, qui est campus agri Lanuvini; D I, 79.

II, 1. adamo: si campum, si canes, si equos, si || equos || ludicra exercendi aut venandi consuetudine adamare solemus; F I, 69.

peragro: quod (Arabes, Phryges, Cilices) pastu pecudum maxume utuntur campos et montes hieme et aestate peragrantes; D I, 94.

2. fruor: nos campis, nos montibus fruimur; N II, 152.

3. ambulo in: ut in porticu Pompeii potius quam in campo ambulemus; Fa 8.

descendo in: nec, quod in campum descenderim, id fuisse causae, cur pila luderem; Fa 34.

erro in: ut ait Homerus de Bellerophonte: »qui miser in campis maerens errabat Aleis«; T III, 63.

persequor in: ista .. me imago Marii in campum Atinatem persequebatur? D II, 137.

III. aequora: ſ. I, 1. patent.

immensitates: adde huc ... inpendentium montium altitudines inmensitatesque camporum; N II, 98.

spatia: cernes iam spatia frugifera atque immensa camporum; N II, 161.

villa: cum ... in villa quadam campi Atinatis maneres; D I, 59.

IV. in: ſ. I, 1. est.

candeo, glänzen, glühen: alqd: hoc credo illud esse »sublime candens, quem invocant omnes Iovem;« N III, 40. »aspice hoc sublime || sublimen, N II, 4. 65 || candens, quem invocant omnes Iovem«; N II, 4. 65. III, 10.

carbo: qui (Dionysius) cultros metuens tonsorios candente carbone sibi adurebat capillum; O II, 25.

luna: quod serena nocte subito candens et plena luna defecisset; R I, 23.

putamina: instituit (Dionysius), ut candentibus iuglandium putaminibus barbam sibi et capillum adurerent; T V, 58.

candidatus, Amtsbewerber: qui (videt) ... † intercidas pecuniarum in coitionibus candidatorum; P 46.

candidulus, glänzend weiß: bona dicantur necesse est: candiduli dentes, venusti oculi, color suavis; T V, 46.

candidus, glänzend: »exin candida se radiis dedit icta foras lux«; D I, 108.

candor, Glanz, Lichtglanz, weiße Farbe: I. est: solis .. candor inlustrior est quam ullius ignis; N II, 40.

II. video: cum videmus speciem .. candoremque caeli; T I, 68.

III. elucere: erat .. is splendidissimo candore inter flammas circus elucens; R VI, 16.

misceri: nec ille fusus et candore mixtus rubor sanguis est, sed quaedam sanguinis similitudo; N I, 75.

canesco, alt werden: ea .. (quercus), ut ait Scaevola de fratris mei Mario, »canescet saeclis innumerabilibus;« L I, 1 (2).

canis, Hund: I, 1. nascitur: ut ... ad arandum bovem, ad indagandum canem, sic hominem ad duas res ... esse natum; F II, 40.

incurrunt: ut ... in .. tanta libertate canes etiam et equi, aselli denique liberi sic incurrant, ut iis de via decedendum sit; R I, 67.

procreant: quae multiplices fetus procreant, ut sues, ut canes; N II, 128.

ohne Verb: quid? canis nonne similis lupo? N I, 97.

2. sum: ille .. equus est, ille canis; A II, 21.

II, 1. abstraho: »haec (dextra) e Tartarea tenebrica abstractum plaga tricipitem eduxit Hydra generatum canem? ||;|| T II, 22.

adamo: si campum, si canes, si equos, si || equos || ludicra exercendi aut venandi consuetudine adamare solemus; F I, 69.

alo: in Hyrcania plebs publicos alit canes, optumates domesticos. nobile autem genus canum illud scimus esse; sed pro sua quisque facultate parat, a quibus lanietur, eamque optumam illi esse censent sepulturam; T I, 108.

colo: qui canem et faelem ut deos colunt; L I, 32.

curo: quod ... vomitione canes, purgantes || purgare || autem alvos ibes Aegyptiae curantur || curant ||; N II, 126.

dico: sagire .. sentire acute est; ex quo sagae anus, quia multa scire volunt, et sagaces dicti canes ||[ex ... canes]||; D I, 65.

educo: ſ. abstraho.

genero: equum vehendi causa, arandi bovem, venandi et custodiendi canem (esse generatum); N II, 37. ſ. abstraho. — IV. adulatio.

repono: pisces, canes, lupos, faelis, multas praeterea beluas in deorum numerum reponemus; N III, 47.

violo: prius .., quam ibim aut aspidem aut faelem aut canem aut crocodilum violent; T V, 78.

2. decedo: ſ. I, 1. incurrunt.

opus est: in omni .. animante est summum aliquid atque optimum, ut in equis, in canibus, quibus tamen et dolore vacare opus est et valere; F IV, 37.

3. converto in: Hecubam .. putant propter animi acerbitatem quandam et rabiem fingi in canem esse conversam; T III, 63.

insum in: in quibus (bestiis) inest aliquid simile virtutis, ut in leonibus, ut in canibus, || ut || in equis; F V, 38.

sum in: omnia in perfectis ... esse meliora, ut in equo quam in eculeo, in cane quam in catulo; N II, 38. ſ. 2. opus est.

III. similis: si lupi canibus similes || sunt ||, eosdem dices ad extremum; A II, 50.

IV. adulatio, al.: canum .. tam fida custodia tamque amans dominorum adulatio tantumque odium in externos et tam incredibilis ad investigandum sagacitas narium, tanta alacritas in venando quid significat aliud nisi se ad hominum commoditates esse generatos? N II, 158.

genus: ſ. II, 1. alo.

sagacitas: nos elephantorum acutissimis sen-

sibus, nos sagacitate canum ad utilitatem nostram abutimur; N II, 151. ſ. adulatio.

V. a: ſ. II, 1. alo.

cano, tönen, ſingen, ſpielen, blaſen, ſchreien, krähen, krächzen, verkünden, weisſagen: I. 1, a. excito ad: quodsi (galli) victores alacritate et quasi laetitia ad canendum excitantur; D II, 56.

soni: nihil tam facile in animos teneros atque molles influere quam varios canendi sonos; L II, 38.

b. verbal: canere ipse (Aristoxenus) doceat; T I, 41. quod (bacillum) ab eius litui, quo canitur, similitudine nomen invenit ‖ [quod ... invenit] ‖; D I, 30.

2. alqs: Epaminondas ... fidibus praeclare cecinisse dicitur; T I, 4. si absurde canat is, qui se haberi velit musicum; T II, 12. si velim scribere quid aut legere aut canere vel voce vel fidibus; D II, 122. ſ. vates.

avis: quod avis illa victa silere soleret, canere, si vicisset; D I, 74. an illae aves, nisi cum vicerunt, canere non solent? at tum canebant nec vicerant. id enim est, inquies, ostentum. magnum vero! quasi pisces, non galli cecinerint! D II, 56.

cornix: cum cornix cecinerit, tum aliquid eam aut iubere aut vetare; A II, 128. Iuppiterne cornicem a laeva, corvum ab dextra canere iussisset; D I, 12.

corvus: ſ. cornix; D I, 12.

galli: gallos gallinaceos in eo loco sic adsidue canere coepisse, ut nihil intermitterent; D I, 74. quia galli victi silere solerent, canere victores; D II, 56. Democritus quidem optumis verbis causam explicat, cur ante lucem galli canant; D II, 57. ſ. avis; D II, 56.

mundus: ad harmoniam canere mundum, ut Pythagoras existimat; N III, 27.

oscines: ut ... tum a dextra, tum a sinistra parte canant oscines; D I, 120.

pisces: ſ. avis; D II, 56.

ratio: a quibus (miseriis ratio) cum cecinit receptui; T III, 33.

signa: neque ea signa audiamus, quae receptui canunt, ut eos etiam revocent, qui iam processerint; R I, 3.

tibiae: si ex oliva modulate canentes tibiae nascerentur; N II, 22.

tibicina: ſ. III. spondeum.

vates: similiter Marcius et Publicius vates cecinisse dicuntur; D I, 115.

II, 1. de: solitos esse in epulis canere convivas ad tibicinem de clarorum hominum virtutibus; T I, 3.

2. acc. c. inf.: »haec fore perpetuis signis clarisque frequentans ipse deum genitor caelo terrisque canebat«; D I, 19. nec .. ei (Deiotaro) cornix canere potuit recte eum facere; D II, 78.

III. alqd: nec tam flebiliter illa canerentur: »haec omnia ..;« T I, 85.

carmen: »saepe etiam pertriste canit de pectore carmen ... acredula«; D I, 14.

fata: nec eius (Romae) fata canere dubitabat; D II, 98.

laudes: ut deinceps, qui accubarent, canerent ad tibiam clarorum virorum laudes atque virtutes; T IV, 3.

numeros: quem ad modum Roscius ... in senectute numeros in cantu remiserat ‖ cecinerat, al. ‖, ... sic ..; L I, 11.

spondeum: admonuisse tibicinam, ut spondeum caneret, Pythagoras dicitur. quod cum illa fecisset, tarditate modorum et gravitate canentis illorum (adulescentium) furentem petulantiam consedisse ‖ resedisse ‖; fr X, 3.

versus: multa ... praedicta sunt, neque solum verbis, sed etiam »versibus, quos olim Fauni vatesque canebant«; D I, 114.

institui: ut me sic audiatis, ... ut unum e togatis patris diligentia non inliberaliter institutum; R I, 36.

praestans: Aristoteles, longe omnibus ... praestans et ingenio et diligentia; T I, 22.

sustentari: * nos sustentari unius optimi et summi viri diligentia; R I, 54.

2. sine: sine quorum (magistratuum) prudentia ac diligentia esse civitas non potest; L III, 5.

diligo, hochachten, ſchätzen, lieben: I. **abſolut:** 1. **ſubſtantiviſch:** a. adlicio ad: nihil est .. virtute amabilius, nihil, quod magis adliciat ad diligendum, quippe cum propter virtutem et probitatem etiam eos, quos numquam vidimus, quodam modo diligamus; Lae 28.

dico ex: ut ... ‖ tamquam ‖ ex diligendo diligentes, ex intellegendo intellegentes (dicti sunt); N II, 72.

b. felix in: si minus felices in diligendo ‖ deligendo ‖ fuissemus, ferendum id Scipio ... putabat; Lae 60.

c. causae: hae quidem causae diligendi gravissimae; O II, 32. non sunt .. ab earum (utilitatum) spe causae diligendi profectae; Lae 30.

fines, termini: constituendi .. sunt, qui sint in amicitia fines et quasi termini diligendi ‖ deligendi, al. ‖; Lae 56.

sensus: ipsi .. intellegamus natura gigni sensum diligendi et benivolentiae caritatem facta significatione probitatis; Lae 32.

vîs: ita diligi a sese quemque, ut ea vis diligendi ad aliam rem quampiam referatur, non ad eum ipsum, qui sese diligat; F V, 30.

2. **verbal**: a. unperſönlich: diligi et carum esse iucundum est; F I, 53. omnium .. rerum nec aptius est quicquam ad opes tuendas ... quam diligi nec alienius quam timeri; O II, 23. ad cuiusque vitam institutam accommodandum est, a multisne opus sit an satis sit a paucis diligi; O II, 30. ſ. b. alqs; Lae 85.

b. alqs: ut ne nimis cito diligere incipiant neve non dignos; Lae 78. cum iudicaris ‖ iudicaveris ‖, diligere oportet, non, cum dilexeris, iudicare; Lae 85.

dî: qui (di) nulla re egentes et inter se diligunt et hominibus consulunt; N I, 122.

homines: cum homines ... neque solum colent inter se ac diligent, sed etiam verebuntur; Lae 82.

multitudo: si diligit multitudo, si fidem habet; O II, 31.

II. **mit Object**: alqm: quem (Diodotum) et admiror et diligo; A II, 115. nisi aeque amicos et nosmet ipsos diligamus; F I, 67. ut ne minus amicos quam se ipsos diligant; F I, 70. ex quo intellegi debet principium ductum esse a se diligendo; F III, 16. quoniam se ipsi ‖ ipsos ‖ omnes natura diligant; F III, 59. ut natura et procreari vellet et diligi procreatos non curaret; F III, 62. ut dis immortalibus cari simus et ab iis diligamur; F III, 66. quem (Phaedrum) unice diligo; F V, 3. eorum .. est haec querela, qui sibi cari sunt seseque diligunt; F V, 29. propter nos .. illam (voluptatem), non propter eam nosmet ipsos diligimus; F V, 30. quia continentur ‖ qui continetur ‖ ea commendatione naturae, qua se ipsi diligunt; F V, 33. quoniam ipsi a nobis diligamur; F V, 37. ut et agendi aliquid et diligendi aliquos ... principia ... contineremus; F V, 43. ut non solum quia nos diligamus, ... idcirco ... moveamur; F V, 46. praeterquam quod nosmet ipsos diligamus; F V, 61. quis Aristidem non mortuum diligit? F V, 62. quod eum, quem dileximus, vitae commodis privatum arbitramur; T I, 30. quasi fieri ullo modo possit, ... ut quisquam plus alterum diligat quam se; T III, 72. ne illos (amicos) plus, quam ipsi velint, si sentiant, plus certe quam nosmet ipsos diligamus; T III, 73. quod ab eo (familiari) te mirifice diligi intellegebam; N I, 58. Q. Catulus, huius collegae et familiaris nostri pater, dilexit municipem tuum Roscium; N I, 79. quam (virtutem) qui adeptus erit, ubicumque erit gentium, a nobis diligetur; N I, 121. quam (amicitiam) si ad fructum nostrum referemus, non ad illius commoda, quem diligemus ‖ diligimus ‖; N I, 122. et earum (partium) partes (di) diligunt, ut Romam, Athenas, Spartam, Rhodum, et earum urbium separatim ab universis singulos diligunt ‖ [diligunt] ‖, ut Pyrrhi bello Curium, Fabricium, Coruncanium; N II, 165. neque non (di) diligunt nos ... neque ..; D I, 82. II, 102. cum (Plato) Socratem unice dilexisset eique omnia tribuere voluisset; R I, 16. (Scipio) salutavit ... Spurium Mummium, quem in primis diligebat; R I, 18. quem (Catonem) ... unice dilexi maximeque sum admiratus; R II, 1. Tarquinius ... sic Servium diligebat, ut is eius vulgo haberetur filius; R II, 37. quae (virtus) omnis magis quam sepse diligit, aliis nata potius quam sibi; R III, 12. ut ... ille improbus laudetur, colatur, ab omnibus diligatur; R III, 27. quem (Platonem) maxime diligis; L I, 15. ex quo perspicitur ... illud effici, ... ut (vir sapiens) nihilo sepse ‖ sese, al. ‖ plus quam alterum diligat; L I, 34. in quibus (locis) eorum, quos diligimus aut admiramur, adsunt vestigia; L II, 4. hoc mihi etiam nostri illi ... concedunt, ut eum (Platonem) arbitratu meo diligam; L III, 1. ut ei plurimum tribuamus, a quo plurimum diligamur ‖ diligimur ‖; O I, 47. quamquam omnis virtus nos ad se allicit facitque, ut eos diligamus, in quibus ipsa inesse videatur; O I, 56. ut eos, quibuscum sermonem conferemus, et vereri et diligere videamur; O I, 136. benivolentiae gratia faciunt, cum aliqua de causa quempiam diligunt; O II, 21. qui (Alexander Pheraeus) ... cum uxorem Theben admodum diligeret; O II, 25. dum metui quam cari esse et diligi malumus ‖ maluimus ‖; O II, 29. illos, in quibus eas virtutes esse remur, a natura ipsa diligere cogimur; O II, 32. ego Q. Maximum, eum qui Tarentum recepit ‖ [eum ... recepit] ‖, senem adulescens ita dilexi, ut aequalem; C 10. ut ... levior .. fit senectus eorum, qui a iuventute coluntur et diliguntur; C 26. ego admiratione quadam virtutis eius, ille (Africanus) vicissim opinione fortasse non nulla, quam de meis moribus habebat, me dilexit; Lae 30. ut et usu eius, quem diligere coeperunt, fruantur et moribus; Lae 32. qui velit, ut neque diligat quemquam nec ipse ab ullo diligatur, circumfluere omnibus copiis; Lae 52. quis .. aut eum diligat, quem metuat, aut eum, a quo se metui putet? Lae 53. tantum .. cuique tribuendum, ... quantum ille, quem diligas atque adiuves, sustinere (possit); Lae 73. nec ... eos habere ‖ debent ‖ necessarios, quos tum eodem studio praeditos dilexerunt; Lae 74. digni .. sunt amicitia, quibus in ipsis inest causa, cur diligantur; Lae 79. ipse .. se quisque diligit, non ut aliquam a se ipse ‖ ipso ‖ mercedem exigat caritatis suae, sed quod ..; Lae 80. amare .. nihil est aliud nisi eum ipsum diligere, quem ames, nulla indigentia, nulla utilitate quaesita; Lae 100. hac nos adulescentes benivolentia senes illos, L. Paulum, M. Catonem, C. Galum, P. Nasicam, Ti. Gracchum, Scipionis nostri socerum, dileximus; Lae 101. semper aliqui anquirendi ‖ an requirendi, al. ‖ sunt, quos diligamus et a quibus diligamur; Lae 102. ſ. I, 1, a. adlicio ad. c. vis. — 2, b. alqs; Lae 78. vgl. infantem, parvos.

alqd: animal ... sibi ... commendari ... ad suum statum eaque, quae conservantia sunt eius status, diligenda; F III, 16. satis ... argumenti .., quam ob rem illa, quae prima sunt adscita natura, diligamus; F III, 17. quae prima dilexerat; F III, 21. si id, non etiam diligendum; F III, 27. nos .. oportet ... haec diligere; F IV, 25. nec est viri boni errare et diligere, quod per se non sit diligendum; L I, 48.

aequalem: ſ. alqm; C 10.

aequitatem: ut aequitatem, modestiam, virtutes omnes per se ipsas gratis diligant; F II, 83.

amicum: in amicis eligendis ‖ delig. dilig. ‖ neglegentis ‖ neglegentes ‖ (homines) esse; Lae 62. ſ. **amicus**, B, II, 1; diligo (5 St.) S. 158, b.

animal: omne .. animal ... et se ipsum et omnes partes suas diligit; F II, 33. quid enim dicis ‖ enim? ‖ omne animal ... applicatum esse ad se diligendum? F IV, 34. omne animal se ipsum diligit; F V, 24. ut intellegamus omne animal se ipsum diligere; F V, 27.

animum: quae .. natio non comitatem, non

benignitatem, non gratum animum et beneficii memorem diligit? L I, 32.
appetitum: (appetitus animi) et oderit se et simul diliget; F V, 28.
arva: prata et arva et pecudum greges diliguntur isto modo; N I, 122.
Athenas, al.: ſ. alqm; N II, 165.
benignitatem: ſ. animum.
bestias: quodsi hoc apparet in bestiis, ... primum ut se ipsae || se, al. || diligant; Lae 81.
bonos: concedetur .. verum esse, ut bonos boni diligant; Lae 50.
comitatem: ſ. animum.
constantia: his initiis inducti omnia vera diligimus, id est fidelia, simplicia, constantia; F II, 46.
constantiam: quis .. in illa aetate pudorem, constantiam, etiamsi sua nihil intersit, non tamen diligat? F V, 62.
deum: ſ. hominem; N I, 121. vgl. I, 2, b. di.
fidelia: ſ. constantia. — greges: ſ. arva.
hominem: neminem deo nec deum nec hominem carum, neminem ab eo amari, neminem diligi vultis; N I, 121. aut (di) non diligunt homines aut, quid eventurum sit, ignorant aut ..; D I, 82. II, 101. quod et ipse hominem diligebam et in primis patri meo Paulo probatum et carum fuisse cognoveram; R I, 23. quia natura propensi sumus ad diligendos homines; L I, 43. qui (homo) et se ipse diligit et alterum anquirit || deligat ... anquirat ||, cuius ..; Lae 81. ſ. alqm; N I, 129. vgl. I, 1, b. homines.
hostiam: ad hostiam deligendam || dilig. || potest dux esse vis quaedam sentiens; D I, 118.
infantem: tantum (natura movet infantem), ut se ipse diligat; F II, 33.
locum: cur huc libentius venias atque hunc locum diligas; L II, 4.
magistratus: nec .. solum ut obtemperent oboediantque magistratibus, sed etiam ut eos colant diligantque, praescribimus; L III, 5.
modestiam: ſ. aequitatem.
mulierem: quam (mulierem) plurimum ille (vir) dilexerit; T V, 78.
municipem: ſ. alqm; N I, 79.
natos: quod || quo || a procreatoribus nati diliguntur; F V, 65.
partes: ſ. alqm; N II, 165. animal; F II, 33.
parvos: nisi (parvi) sensum haberent sui eoque se diligerent; F III, 16.
patres: equidem efferor studio patres vestros, quos colui et dilexi, videndi; C 83.
pecudes: plerique ... amicos tamquam pecudes eos potissimum diligunt, ex quibus sperant se maxumum fructum esse capturos; Lae 79.
prata: ſ. arva.
probitatem: ut eam (probitatem) vel in eis, quos numquam vidimus, vel, quod maius est, in hoste etiam diligamus; Lae 29.
pudorem: ſ. constantiam.
puerum: cum ... puerum diligis; F III, 9.
rationem: quae degendae aetatis ratio deligenda || diligenda || (sit); T V, 71.
senem: ſ. alqm; C 10. Lae 101. — simplicia: ſ. constantia. — socerum: ſ. alqm; Lae 101.
statum: quod non fieret, nisi (parvi) statum suum diligerent, interitum timerent; F III, 16.
vera: ſ. constantia.
virum: quae est nominata »Argo, quia Argivi in ea delecti || dilecti || viri vecti petebant pellem inauratam arietis«; T I, 45. ipse (sapiens vir) de se bene existimans seseque diligens; O III, 31. ſ. alqm; L I, 24.
virtutem: ſ. alqm; R III, 12. aequitatem.
voluptatem: ſ. alqm; F V, 30.
uxorem: ſ. alqm; O II, 25.

dilucide, klar, deutlich: dico: quod de re bona dilucide dicitur; F III, 19. quod subtiliter magis quam dilucide dicitur; T I, 41. modo satis illa dilucide dixerimus pro rerum obscuritate; T IV, 33. indico .. de re obscura atque difficili a te dictum esse dilucide; N I, 58.
doceo: quod dilucide docetur a politioribus physicis; A II, 56.
exorno: ut tota dilucide et plane exornata oratio sibi constet; Ti 8.
explico: quae (ratio) a te secundo libro est explicata dilucide; D I, 117. ambigua se audere aiunt explicare dilucide; fr V, 99.
expono: ista exposuisti, ut tam multa, memoriter, ut tam obscura, dilucide; F IV, 1.
perspicio: si .. dicent ea, de quibus disserent || disserant ||, se dilucide perspicere; A II, 44.

dilucidus, klar, deutlich: alqd: ea profecto tum multo puriora et dilucidiora cernentur, cum ..; T I, 46.
oratio: nostra .., ut mihi videtur, dilucida (fuit) oratio; F III, 3.

diluo, auflöſen, hinwegſpülen: amicitias: ut amicitias ... magis decere censent sapientes sensim diluere quam repente praecidere; O I, 120.
convicia: sic orationis flumine reprensoris convicia diluuntur; N II, 20.
molestias: quae cogitatio una maxime molestias omnis extenuat et diluit; T III, 34.

dimensio, Ausmeſſung: pusionem quendam Socrates interrogat quaedam geometrica de dimensione quadrati; T I, 57.

dimetior, vermeſſen, ausmeſſen: alqd: a quo essent illa dimensa atque discripta; C 59. Cyrum respondisse: „atqui ego ista sum omnia dimensus“; C 59.
caelum: † mori videbamus || videbamus || in studio dimetiendi paene caeli atque terrae C. Galum; C 49.
peccata: in vitae societate audiam civem digitis peccata dimetientem sua? P 26.
spatium: dies noctesque oculis cognitae tum mensum annorumque conversiones ... spatium temporis dimensae (sunt); Ti 52.
terram: ſ. caelum.

dimetor, abmeſſen, abgrenzen: cursus: eorum (siderum) .. cursus dimetati maturitates temporum et varietates mutationesque cognovimus; N II, 155.
signa: ita dimetata || demet. || signa sunt, ut ..; N II, 110.

dimico, kämpfen, ringen: I, 1. unperſönlich: „convenit dimicare pro legibus, pro libertate, pro patria“; T IV, 43. qui classem ab Arginusis removendam nec cum Atheniensibus dimicandum putabant; O I, 84.
2. alqs: cum A. Postumius dictator cum Octavio Mamilio Tusculano proelio dimicaret; N II, 6. illi (Ulixi) .. non modo cum hostibus, verum etiam cum fluctibus ... dimicare melius fuit quam ..; O III, 99.
sapiens: vester sapiens ... † cum causa, si opus erit, dimicabit; F II, 56.
II. de: cum Latinis, Sabinis, Samitibus, Poenis, Pyrrho de imperio dimicabatur; O I, 38. dimicare .. (debemus) paratius de honore et gloria quam de ceteris commodis; O I, 83.

dimidiatus, halb: mensis: qui labor,

‖ et ‖ quantus agminis, ferre plus dimidiati mensis cibaria; T II, 37.

partes: apparebat epigramma exesis posterioribus partibus versiculorum dimidiatis fere; T V, 66.

dimidius, halb: quae (luna) est, ut ostendunt mathematici, maior quam dimidia pars terrae; N II, 103.

dimissio, Aussendung: qui (videt) ... dimissiones libertorum ad defaenerandas diripiendasque provincias; P 46.

dimitto, aussenden, fortschicken, entlassen, lassen, aufgeben: alqm: ego .. numquam ita te in hoc sermone dimittam, .. uti ..; T I, 76. num quid igitur est causae, quin amicos nostros Stoicos ‖ [Stoicos] ‖ dimittamus? T I, 78. Posidonium, sicut aequum est, cum bona gratia dimittamus; Fa 7.

amicitias: est etiam quaedam calamitas in amicitiis dimittendis non numquam necessaria; Lae 76.

amicos: ſ. alqm; T I, 78.

comitiatus: quid .. maius est ... quam posse a summis imperiis et summis potestatibus comitiatus et concilia vel instituta dimittere vel habita rescindere? L II, 31.

concilium: cui liceat concilium ... dimittere; L III, 42. ſ. comitiatus.

filium: [cum .. Popilio videretur unam dimittere legionem, Catonis quoque filium, qui in eadem legione militabat, dimisit]; O I, 36.

fortunas: miserum esse verbi causa *M.* Crassum, qui illas fortunas morte dimiserit; T I, 12.

legionem: ſ. filium.

navis: qui (Laco) glorianti cuidam mercatori, quod multas navis in omnem oram maritimam dimisisset, ... inquit ..; T V, 40.

philosophiam: quae (philosophia) nunc prope dimissa revocatur; A II, 11.

senatum: quom (Scipio) senatu dimisso domum reductus ad vesperum ‖ ad v. red. ‖ est a patribus conscriptis; Lae 12.

voluptatem: illam (voluptatem) .. dimittamus; F III, 1.

dinoto, unterscheiden: cum ei (sapienti) res similes occurrant, quas non habeat dinotatas; A II, 57.

dinumeratio, Aufzählung: ut ... nec frustra siderum motus intueremur dinumerationibusque noctium ac die*rum* *; R III, 3.

dinumero, abzählen, aufzählen: annos: ex quo intellegi regiis annis dinumeratis potest ..; R II, 29.

sententias: ut eorum molestum sit dinumerare sententias; N I, 2.

stellas: etiamsi dinumerare se stellas aut metiri mundi magnitudinem posse arbitretur; O I, 154.

directo (der.), gerade, geradezu, senkrecht: dico: potius, quam directo deus, siquidem nobis consulebat, „hoc facito, hoc ne feceris“ diceret; D II, 127.

fero: ait (Epicurus) atomum, cum pondere et gravitate directo ‖ directo ‖ deorsus feratur, declinare paululum; N I, 69.

guberno: eo .. directius ‖ directius ‖ (Phoenices) gubernant, quod eam (Cynosuram) tenent, »quae ..;« A II, 66.

directus ſ. **dirigo.**

diremptus, Trennung: est .. interitus quasi discessus et secretio ac diremptus earum partium, quae ..; T I, 71.

direptio, Plünderung: nascuntur: hinc furta, peculatus, expilationes direptionesque sociorum et civium (nascuntur); O III, 36.

ohne Verb: tanta ... expilatio direptioque sociorum, ut inbecillitate aliorum, non nostra virtute valeamus; O II, 75.

dirigo, directus (der.), richten, gerade richten, lenken, hinführen, bestimmen, part. gerade: I. coniectura: (coniectura) ad veritatem saepissime derigit ‖ dir. ‖; D I, 25.

II. alqd: non .. potestis voluptate omnia derigentes aut tueri aut retinere virtutem; F II, 71.

artes: num existimes, non dico Homerum, Archilochum, Pindarum, sed Phidian, Polyclitum Zeuxim ad voluptatem artes suas derexisse; F II, 115.

cogitationes: ego vero ipse et magnus quidem sum opinator ... et meas cogitationes sic derigo ‖ dirigo ‖, non ad illam parvulam Cynosuram, ... sed ..; A II, 66.

coniunctionem: hanc (coniunctionem) citimam a mediana linea direxit ad laevam (partem); Ti 25.

cursus: ab isdem (ventis Etesiis) etiam maritimi cursus celeres et certi deriguntur ‖ dir. ‖; N II, 131.

fines: quos (fines bonorum) utilitate aut voluptate derigunt; F V, 57.

flumina: nos flumina arcemus, derigimus ‖ dir. ‖, avertimus; N II, 152.

iter: auditus ... flexuosum iter habet, ne quid intrare possit, si simplex et derectum ‖ dir. ‖ (iter) pateret; N II, 144.

iudicia: ad quam (regulam) omnia iudicia rerum derigentur; F I, 63.

laudem: quodsi ne ipsarum quidem virtutum laus ... reperire exitum potest, nisi derigatur ad voluptatem; F I, 54.

leges: ad quam (naturam) leges hominum deriguntur ‖ dirig. ‖; L II, 13.

officium: ad extremum utilitate, ut putat, officium derigit ‖ dir. ‖ magis quam humanitate; O III, 89.

orationem: ad quae (exempla) reliqua oratio derigatur ‖ deregatur ‖ mea; R II, 55.

ordinem: cum .. admiraretur Lysander et proceritates arborum et derectos ‖ dir. ‖ in quincuncem ordines; C 59.

regiones: .. eo (lituo) Romulus regiones direxit tum, cum urbem condidit; D I, 30.

viam: o praeclaram beate vivendi et apertam et simplicem et derectam viam! F I, 57. sucus ... permanat ad iecur per quasdam a medio intestino usque ad portas iecoris ... ductas et derectas ‖ dir. ‖ vias; N II, 137.

utilitatem: honestate derigenda ‖ dir. ‖ utilitas est, et quidem sic, ut ..; O III, 83.

dirimo, trennen, lösen, unterbrechen, vereiteln: alqd: parvam .. controversiam dicis, at ‖ ac ‖ non eam, quae dirimat omnia; L I, 54.

amores: sin autem ad adulescentiam (amores) perduxissent, dirimi tamen interdum contentione vel uxoriae condicionis vel commodi alicuius; Lae 34.

caritatem: quae (caritas) dirimi nisi detestabili scelere non potest; Lae 27.

coniunctionem: quam (civium coniunctionem) qui dirimunt; O III, 23.

controversiam: qui se dirempturos controversiam putaverunt; O III, 119.

corpus: nec (corpus esse) quod dirimi distrahive non possit; N III, 29.
rem: quid gravius (est) quam rem susceptam dirimi? L II, 31.
sermonem: num sermonem vestrum aliquem diremit noster interventus? R I, 17.
societatem: ii dirimunt communem humani generis societatem; O III, 28.
tempus: quid .. habet haruspex, cur pulmo incisus etiam in bonis extis dirimat tempus et proferat diem? D I, 85.

diripio, rauben, plündern, berauben: bona: tum bona direpta multorum; R I, 62.
frumentum: ex horreis direptum effusumque frumentum vias omnis angiportusque constraverat; D I, 69.
provincias: qui (videt) ... dimissiones libertorum ad defaenerandas diripiendasque provincias; P 46.
urbes: de evertendis .. diripiendisque urbibus valde considerandum est ne quid temere, ne quid crudeliter; O I, 82.

diritas, Unheil, Härte: I. absolut: quanta in altero (fratre) diritas, in altero comitas! C 65.
II. inveho: »si qua invecta diritas casu foret;« T III, 29.

dirumpo ſ. **disrumpo.**

dirus, unheilvoll, gräßlich, subst. f. Verwünſchung, n. Unheil: A. alqd: cum .. [tristissuma] || primae victimae || exta sine capite fuerunt, quibus nihil videtur dirius; D II, 36. »quae .. augur iniusta nefasta, vitiosa dira defixerit || deixerit ||, inrita infectaque sunto;« L II, 21.
tempus: »quod ferme dirum in tempus cecidere Latinae«; D I, 18.
volucris: »vinclis constrictus Iovis arcere nequeo diram volucrem a pectore«; T II, 24.
B, **a,** I. adferunt, nuntiant: etenim dirae, sicut || sicutei, sicut et || cetera auspicia, ut omina, ut signa, non causas adferunt, cur quid eveniat, sed nuntiant eventura, nisi provideris; D I, 29.
II. obnuntiatio: dirarum obnuntiatione neglecta; D I, 29.
b. incurro in: sinistra dum non exquirimus, in dira et in vitiosa incurrimus; D I, 28.

discedo, auseinandergehen, ſich trennen, weggehen, ſich entfernen, ſcheiden, davonkommen, hingehen, ſchwinden: I. **unperſönlich:** quae .. ars || res || efficit, ne necesse sit isdem de rebus semper quasi dictata decantare neque a commentariolis suis discedere; F IV, 10. ergo id est convenienter naturae vivere, a natura discedere; F IV, 41. ubi semel a ratione discessum est; T IV, 42. discedere et tabellam iubebo dari; L III, 11. ut .. ab illa infinita (societate) discedatur; O I, 53. fortis .. animi ... est ... nec a ratione discedere; O I, 80. saepe incidunt magnae res, ut discedendum sit ab amicis; Lae 75.
II. **mit einfachem Subject:** alqs: discedet .. nihilo firmior ad dolorem ferendum, quam venerat; F IV, 52. quae cum essent dicta, discessimus; F IV, 80. aut .. fruatur aliquis pariter cum aliis voluptate potandi aut ... ante discedat; T V, 118. discessit (Dionysius) ... aegre ferens; D I, 78. ita discessimus, ut Velleio Cottae disputatio (videretur esse) verior; N III, 95. ut cubitum discessimus; R VI, 10. ille discessit; R VI, 29. ita perfectum est, ut omnes concordia constituta sine querella discederent; O II, 82. quoniam ... ex vita ita discedo tamquam ex hospitio, non tamquam e domo; C 84. o praeclarum diem, ... cum .. ex hac turba et conluvione discedam! C 84. ut, quoad possem et liceret, a senis latere numquam discederem; Lae 1. ſ. **a,** I. discedo (19 St.) S. 4, b.
amicitia: ut .. virtutes, ... sic amicitiam negant posse a voluptate discedere; F I, 66.
animus: qui discedere animum censent, alii statim dissipari, alii diu permanere, alii semper; T I, 18 quom animus ... a || ab || corporis obsequio indulgentiaque discesserit; L I, 60. animus .. solus, nec cum adest nec cum discedit, appareat; C 80. animus .. non me deserens, sed respectans in ea profecto loca discessit, quo ..; C 84.
appetitus: vehementiorem eum (adpetitum) volunt esse, qui longius discesserit a naturae constantia; T IV, 11.
bestia: quod (praecipuum) suum quaeque (bestia) retinet nec discedit ab eo; T V, 38.
boni: ut (boni) ab amicis in magna aliqua re publica || re, al. || peccantibus non discedant; Lae 42.
caelum: cum caelum discessisse visum est || esset || atque in eo animadversi globi; D I, 97. initio belli Marsici ... discessisse caelum; D I, 99.
crocodili: testudines .. et crocodilos dicunt ... obruere ova, deinde discedere; N II, 129.
memoria: numquam ex animo meo discedit illius optimi atque invictissimi viri memoria; R VI, 9.
mulier: illa (mulier) || turba, al. || victa maesta discedit; T V, 78.
ratio: (ratio) non discedit ab eorum curatione; F IV, 39.
res: cum hominis natura morte dissolvitur, ceterarum rerum perspicuum est quo quaeque discedat; C 80.
sol: ne (sol) longius discedat a cibo; N III, 37.
stella: neque (stella Mercurii) a sole longius umquam unius signi intervallo discedit; N II, 53. neque umquam (stella Veneris) ab sole duorum signorum intervallo longius discedit; N II, 53.
terra: cum terra discessisset magnis quibusdam imbribus; O III, 38.
testudines: ſ. crocodili. — turba: ſ. mulier.
vir: ceteri tot viri et tanti repudiati ab eo condemnatique discedent; A II, 118. ut (vir) numquam a se ipso intuendo || instituendo || contemplandoque discedat; R II, 69.
virtutes: ſ. amicitia.
III. **mit doppeltem Nominativ** (vgl. II. alqs; D I, 73. mulier): qui .. restiterunt, discedunt saepissime superiores; T II, 54. si, qui audierunt, vitiosi essent discessuri || [si ... discessuri] ||; N III, 77.

disceptatio, Erörterung, Verhandlung: I. est: cum quibus (philosophis) omnis fere nobis disceptatio contentioque est; D II, 150.
II. propono: iudiciis .. magistratuum, disceptationibus legitimis propositam vitam, non poëtarum ingeniis, habere debemus; R IV, 12.
tribuo: contentio disceptationibus tribuatur iudiciorum, contionum, senatus; O I, 132.
III, 1. vinci: ut neque disceptatione vinci se nec ullo publico ac legitimo iure patiantur; O I, 64.
2. in: vides in hac tota disceptatione non illud dici ..; O III, 53.
per: cum sint duo genera decertandi, unum per disceptationem, alterum per vim; O I, 34.

disceptator, Schiedsrichter, Entſcheider: sum: unus .. erit ... imperator .. deus, ille legis huius inventor, disceptator, lator; R III, 33. nec .. quisquam privatus erat disceptator aut

arbiter litis, sed ..; R V, 3. »iuris disceptator, qui privata iudicet iudicarive iubeat, praetor esto;« L III, 8. »quicumque erit iuris disceptator;« L III, 9.

disceptatrix, Entſcheiderin: dialecticam inventam esse dicitis veri et falsi quasi disceptatricem et iudicem; A II, 91.

discepto, erörtern, unterſuchen, verhandeln, entſcheiden: I, 1. conciliare: quae (ratio, oratio) docendo, discendo, communicando, disceptando, iudicando conciliat inter se homines; O I, 50.

2. alqs: an Stoicis ipsis inter se disceptare, cum iis non licebit? A II, 126. mihi .. aequius videbatur Zenonem cum Polemone disceptantem ... videre, ubi primum insisteret; F IV, 45.

II, de: ſ. **de,** I. discepto (3 St.) S. 602, b.

III. bella: »fetiales ... bella disceptanto;« L II, 21.

causam: hoc modo hanc causam disceptari oportet, non ab atomis errantibus ... petere praesidium; Fa 46.

controversias: cum Academici eorum controversias disceptarent; T IV, 6.

discerno, ſondern, unterſcheiden: I. alqs: qua igitur notione discerneres? A II, 85.

animal: quae cum (animal) leviter agnovit, tum || tunc || discernere incipit; F II, 33.

II. indir. Frage: ne nota quidem ulla, pacatus an hostis sit, discerni ac iudicari potest; R II, 6. (animus) per se omnis movetur discernitque, quid sit eiusdem generis, quid alterius; Ti 27.

III. alqd: si id, quod visum erit, discerni non poterit a falso; A II, 25. nihil interesse .., non modo si omni ex parte eiusdem modi sint, sed etiam si discerni non possint; A II, 40. quo modo ea discerni oporteret; O III, 7.

aequa, al.: Democritus luminibus amissis alba scilicet discernere et atra non poterat, at vero bona mala, aequa iniqua, honesta turpia, utilia inutilia, magna parva poterat; T V, 114.

visa: qualia visa a falsis discerni non possent; A II, 22. ut ea (visa) vel falsa esse possent, neque ea posset ulla notio discernere; A II, 27.

discerpo, zerſtückeln, zerreißen: alqm: turba ... quaerentium tantum || tamen ||, quem incomptis unguibus bacchantes asperoque ore discerpant; A fr 20 (Z. 22).

animum: (animus) nec secerni nec dividi nec discerpi nec distrahi potest; T I, 71.

deum: Pythagoras ... non vidit distractione humanorum animorum discerpi et lacerari deum; N I, 27.

discessus, Trennung, Scheiden, Abgang, Abreiſe: I, 1. angit: illud angit vel potius excruciat: discessus ab omnibus iis, quae sunt bona in vita. vide, ne „a malis“ dici verius possit; T I, 83.

est: me ipse consolabar existumans non longinquum inter nos digressum et discessum fore; C 84.

excruciat: ſ. angit.

terret: te nec terrae fremitus nec caeli discessus (terrebit); D II, 60.

2. sum: sunt .. qui discessum animi a corpore putent esse mortem; T I, 18. est .. interitus quasi discessus et secretio ac diremptus earum partium, quae ..; T I, 71.

3. Ausruf: siquidem ad mortem proficiscens Callanus Indus ... „o praeclarum discessum“, inquit, „e vita“! D I, 47.

II. cognosco: possetne ... solis accessus discessusque solstitiis brumisque cognosci? N II, 19.

facio: sunt qui nullum censeant fieri discessum; T I, 18. an [quoniam] ipse animi discessus a corpore non fit sine dolore? T I, 82. animi discessus a corpore ... fit plerumque sine sensu, non numquam etiam cum voluptate; T I, 82.

III, 1. exsulare: cum omnes meo discessu exulasse rem publicam putent; P 30.

moveri: quin (sapiens) ... discessu a suis atque ipsa relinquenda luce moveatur; F V, 32.

zum Satz: omnia tum || hominibus. cum || perditorum civium scelere discessu meo religionum iura polluta sunt; L II, 42.

2. post: ut nuper tuum post discessum in Tusculano ... temptavi, quid in eo genere possem; T I, 7.

discidium, Trennung, Zerwürfnis: I. nascuntur: ex cupiditatibus odia, discidia, discordiae, seditiones, bella nascuntur; F I, 44. magna etiam discidia et plerumque iusta nasci; Lae 35.

II. facio: docere, quod et qua de causa discidium factum sit; A I, 43. quam ob rem primum danda opera est, ne qua amicorum discidia fiant; Lae 78.

video: ut ... (deorum) odia praeterea, discidia, discordias (videremus); N I, 42.

III. everti: quae (domus, civitas) non odiis et discidiis funditus possit everti; Lae 23.

discindo, zerreißen, zerſchneiden: amicitias: tales .. amicitiae sunt ..., ut Catonem dicere audivi, dissuendae magis quam discindendae; Lae 76.

cotem: ita cotem in comitium allatam inspectante et rege et populo novacula esse discissam; D I, 32.

disciplina, Unterweiſung, Unterricht, Lehre, Kenntnis, Schule, Syſtem, Einrichtung, Gewohnheit, Zucht, Methode: I. **Subject:** adferunt, adiuvant: ceterae philosophorum disciplinae, omnino alia magis alia, sed tamen omnes, quae rem ullam virtutis expertem aut in bonis aut in malis numerent, eas non modo nihil adiuvare arbitror neque afferre || † affirmare ||, quo meliores simus, sed ipsam depravare naturam; F III, 11.

consistunt: cum iam philosophorum disciplinae gravissimae constitissent; A II, 15.

depravant: ſ. adferunt.

divinat: quom ... alteri disciplina vestra quasi divinare || divinari || videatur || videantur || posse; L II, 32.

efficit: ea .. disciplina effecit tantam illorum utroque in genere dicendi copiam; F IV, 6.

est: quae tandem ea est disciplina, ad quam me deducas, si ab hac abstraxeris? vereor, ne subadroganter facias, si dixeris tuam; atqui ita dicas necesse est. neque vero tu solus, sed ad suam quisque rapiet; A II, 114. Megaricorum fuit nobilis disciplina, cuius, ut scriptum video, princeps Xenophanes; A II, 129. post Epicurus, cuius est disciplina nunc notior; A II, 131. ut ... intellegatur .. ea (disciplina) ... quam gravis, quam continens, quam severa sit; F I, 37. auribus fortasse multae, oculis quidem nulla poterat esse fortior contra dolorem et mortem disciplina; T II, 41. sive quod (ea disciplina) erat cognitu perfacilis, sive quod ..; T IV, 6. eadem in litteris ratio est reliquisque rebus, quarum est disciplina; D II, 10. nec esse unam omnium (haruspicum) disciplinam; D II, 28. quis negat augurum disciplinam esse? divinationem nego; D II, 74. dum modo sit haec quaedam ... res, sicut est, minime quidem contemnenda, ratio civilis et disciplina populorum; R III, 4. principio disciplinam

puerilem ingenuis ... nullam certam aut destinatam legibus aut publice expositam aut unam omnium esse voluerunt; R IV, 3. sunt non nullae disciplinae, quae ... officium omne pervertant; O I, 5. hae disciplinae .. si sibi consentaneae velint esse; O I, 6. si .. est aliqua disciplina virtutis; O II, 6.

evanescit: quin haec disciplina et ars augurum evanuerit iam et vetustate et neglegentia; L II, 33.

excellit: Telmessus || Telmesus, al. || in Caria est, qua in urbe excellit haruspicum disciplina; D I, 91.

excludunt: praeter tres disciplinas, quae virtutem a summo bono excludunt; F III, 36.

exsistit: o ... causam .. iustam, cur nova exsisteret disciplina! F IV, 21.

habet: magnam habet vim rei publicae disciplina; T I, 102. magnam habet vim disciplina verecundiae; R IV, 6.

iacent: ut ... iacere necesse sit tot tam nobiles disciplinas; A II, 147.

labat: ais, si una littera commota sit, fore tota ut labet disciplina; F IV, 53.

numerant: ſ. adferunt.

perficit: quae (disciplina populorum) perficit in bonis ingeniis, ut ..; R III, 4.

pervertunt: ſ. est; O I, 5.

potest: ſ. divinat. est; T II, 41.

tenet: ne Lycurgi quidem disciplina tenuit illos in hominibus Graecis frenos; R II, 58.

videtur: ſ. divinat.

viget: quorum (Pythagoreorum) disciplina extincta est quodam modo, cum aliquot saecla in Italia Siciliaque viguisset; Ti 1. vigebat in illa domo patrius mos || mos pat. || et disciplina; C 37.

volunt: ſ. est; O I, 6.

ohne Verb: ſ. adferunt.

II. **nach Verben:** 1. **Accuſativ:** accipio: qui (Anaxagoras) accepit ab Anaximene disciplinam; N I, 26.

adiungo: tali ingenio praeditus Lucullus adiunxerat etiam illam, quam Themistocles spreverat, disciplinam; A II, 2. ut (Plato) ... adiungeret Pythagoreorum disciplinam; F V, 87.

admiror: ego ... admirari satis non possum vel hominis ipsius continentiam vel temporum disciplinam; C 55.

amitto: post .. Sullae victoriam (hanc consuetudinem et disciplinam) penitus amisimus; O II, 27.

aperio: tu domesticam, tu bellicam disciplinam ... aperuisti; A I, 9.

cognosco: ſ. **cognosco,** III. disciplinam (3 St.) S. 443, a.

comprobo: quod scriptum ... est ..., nonne et augurum et haruspicum conprobat disciplinam? D I, 33. haruspices ..., quorum .. disciplinam et sapientissimus vir et eventus ac res conprobavit, contemnamus; D I, 36.

constituo: veteres illos Platonis auditores, ... deinde eorum ... satis et copiose et eleganter habuisse constitutam disciplinam; F IV, 3. ex quo leges moresque constituti, tum iuris aequa discriptio certaque vivendi disciplina; O II, 15.

contineo: ſ. **contineo,** disciplinam (5 St.) S. 530, a.

corrigo: Zeno ... corrigere conatus est disciplinam; A I, 35.

desero: ſ. relinquo; N I, 6.

desidero: incredibilis quaedam ingenii magnitudo non desideravit indocilem usus disciplinam; A II, 2.

destino: ſ. I. est; R IV, 3.

dico: ſ. I. est; A II, 114.

do: nec Lacedaemoniorum disciplinam dicam umquam ab Apolline potius Spartae quam a Lycurgo datam; N III, 91. te existimo quom populis, tum etiam singulis hodierno sermone leges vivendi et disciplinam daturum; L I, 57.

doceo: »Etruria .. principes disciplinam doceto;« L II, 21.

duco: ut non sine causa ex iis (locis) memoriae ducta sit disciplina; F V, 2.

eligo: quam potissimum sententiam eliget et disciplinam? etsi, quamcumque eliget, insipiens eliget; A II, 117.

expono: cum ... tantum tibi adroges, ut exponas disciplinam sapientiae; A II, 114. ſ. I. est; R IV, 3.

exstinguo: ſ. I. viget; Ti 1.

exstruo, fundo: tam .. diligenter, etiamsi minus vere ..., sed tamen accurate non modo fundatam, verum etiam exstructam disciplinam non est facile perdiscere; F IV, 1.

habeo: quae voluptaria, delicata, mollis habeatur disciplina; F I, 37. quamquam ab iis (Graecis) philosophiam et omnes ingenuas disciplinas habemus; F II, 68. ſ. constituo; F IV, 3.

haurio: non .. a praetoris edicto ... neque a duodecim tabulis, ... sed penitus ex intima philosophia hauriendam iuris disciplinam putas; L I, 17.

iuvo: quod nullam eruditionem esse duxit, nisi quae beatae vitae disciplinam iuvaret; F I, 71.

minuo: sensim hanc consuetudinem et disciplinam iam antea minuebamus; O II, 27.

omitto: neglegentia nobilitatis auguril disciplina omissa; N II, 9.

percipio: si singulas disciplinas percipere magnum est, quanto maius omnis? N I, 11. nec quisquam rex Persarum potest esse, qui non ante magorum disciplinam scientiamque perceperit; D I, 91.

percontor: solebat ex me Deiotarus percontari nostri augurii disciplinam, ego ex illo sui. di immortales! quantum differebat! D II, 76.

percurro: utrum ... percurri omnem Epicuri disciplinam placet, an de una voluptate quaeri? F I, 28.

perdisco: ſ. exstruo.

perficio: ſ. relinquo; A II, 15.

persequor: hanc amplissimam omnium artium, bene vivendi disciplinam, vita magis quam litteris persecuti sunt; T IV, 5.

probo: si quisquam ullam disciplinam philophiae probaret praeter eam, quam ipse sequeretur; A II, 7. ut ab ipsis, qui eam disciplinam probant, non soleat accuratius explicari; F I, 13. et nostrorum augurum et Etruscorum haruspicum disciplinam ... res ipsa probavit; N II, 10.

puto: horum || verum || (Stoicorum) esse .. arbitror ... correctionem veteris Academiae potius quam novam aliquam disciplinam putandam; A I, 43. qui (philosophus) disciplinam suam non ostentationem scientiae, sed legem vitae putet; T II, 11.

quaero: ubi ea (disciplina) quaeretur, cum ab hoc discendi genere discesseris? O II, 6.

relinquo: quia reliquit perfectissimam disciplinam, Peripateticos et Academicos, nominibus differentes, re congruentes; A II, 15. ita relinquitur sola haec disciplina digna studiosis ingenuarum artium; F V, 74. desertae .. disciplinae et iam pridem relictae patrocinium necopinatum a nobis esse susceptum; N I, 6.

renovo: sic iudico, post illos nobiles Pythagoreos ... hunc (P. Nigidium) extitisse, qui illam (Pythagoreorum disciplinam) renovaret; Ti 1.

reprendo: te in iis Graeciae disciplinis, quas reprendis, cum populis nobilissimis malle ... luctari; R IV, 4.

retineo: retinetur .. et ad opinionem vulgi et ad magnas utilitates rei publicae mos, religio, disciplina, ius augurium ‖ augurum ‖, collegii auctoritas; D II, 70.

sancio: ut dolore suo sanciret militaris imperii disciplinam; F I, 35.

sequor: qui ipsorum disciplinam sequor; A II, 98. qui .. admirantur nos hanc potissimum disciplinam secutos; N I, 11. quam .. (disciplinam) his libris propterea sequimur, quod ..; O III, 20. ſ. probo; A II, 7.

sperno: ſ. adiungo; A II, 2.

teneo: solus .. (App. Claudius augur) multorum annorum memoria non decantandi augurii, sed divinandi tenuit disciplinam; D I, 105. »augures ... disciplinam tenento;« L II, 21 (20).

trado: denique ‖ in qua ‖ tradebatur omnis dialecticae disciplina, id est orationis ratione conclusae; A I, 32. idem nonne poterat deus hominibus disciplinam superiore e loco tradere? D II, 51.

video: cum videat omnium rerum rationem, modum, disciplinam; N II, 15.

2. **Dativ:** accedo: haruspicum disciplinae magna accessit auctoritas; D I, 33.

confero: ne minima quidem ex parte Lycurgi legibus et disciplinae (Pausanias, Lysander) conferendi sunt; O I, 76.

convenio: si fieri potest, ut hoc praeclarum quasi decretum beatae vitae possit omnium sententiis et disciplinis convenire; T V, 84.

probo: minime .. probatur huic disciplinae ... amicitiam propter utilitates adscisci; F III, 70.

3. **mit Präpoſitionen:** abhorreo a: sin a Graecorum artibus et disciplinis abhorrerent; A I, 4.

abstraho a: ſ. I. est; A II, 114.

accedo ad: sic ad malam domesticam disciplinam vitamque umbratilem et delicatam cum accesserunt etiam poëtae; T II, 27.

adhaeresco ad: ad eam (disciplinam) tamquam ad saxum adhaerescunt; A II, 8.

confero ad: cuius (Amafinii) libris editis commota multitudo contulit se ad eam potissimum disciplinam; T IV, 6.

consentio cum: nec .. (Epicuri disciplina) cum Cyrenaicis de ipsa voluptate consentiens; A II, 131.

deduco ad: ſ. I. est; A II, 114.

defero ad: ad quamcumque sunt disciplinam quasi tempestate delati; A II, 8.

dico de: cuius (Pythagorae) de disciplina aliud tempus fuerit fortasse dicendi; T V, 10. id .. difficile factu est nisi educatione quadam et disciplina, de qua dicemus aliquid fortasse; L III, 29.

erudio ad: omnibus eos (filios) artibus ad Graecorum disciplinam *erudiit*; R II, 34.

exardesco contra: contra quorum (Stoicorum) disciplinam ingenium eius (Carneadis) exarserat; T V, 83.

habeo a: ut ... magna habere possit auxilia *a* reliquorum philosophorum disciplinis; T II, 4.

laboro de: de qua (disciplina puerili) Graeci multum frustra laborarunt; R IV, 3.

loquor de: ſ. **de,** I. loquor de disciplina (5 St.) S. 605, b.

oleo ex: nihil .. (Epicurus) olet ex Academia, nihil ex Lycio, nihil ne e puerilibus quidem disciplinis; N I, 72.

pertineo ad: qui (locus) ad leges, qui ad mores, qui ad disciplinam rei publicae pertineret; O I, 156.

pono in: quorum alia sunt posita in monumentis et disciplina; D I, 72. (vitia) funditus tolli, ... non est id positum in naturalibus causis, sed in voluntate, studio, disciplina; Fa 11.

rapio ad: ſ. I. est; A II, 114.

semoveo a: Strato ... ab ea disciplina omnino semovendus est; A I, 34.

sum a: qui sunt ab ea disciplina; T II, 7. — in: (sapientem) ista scire, quae sunt in tua disciplina; A II, 115. quantus ornatus in Peripateticorum disciplina sit; F V, 9. cum .. magna vis videretur esse et inpetriendis consulendisque rebus et monstris interpretandis ac procurandis in haruspicum disciplina; D I, 3.

trado in: ut de principum filiis x ex ‖ sex, x, al. ‖ singulis Etruriae populis in disciplinam traderentur; D I, 92.

III. **nach Adjectiven:** 1. proprius: quod proprium eius fuit, de qua loquor, disciplinae; T IV, 4.

2. consentaneus: non quaeritur .., quid naturae tuae consentaneum sit, sed quid disciplinae; F II, 80. erit .. haec formula Stoicorum rationi disciplinaeque maxime consentanea; O III, 20. ſ. I. est; O I, 6.

IV. **nach Subſtantiven:** 1. **Genetiv:** alqs: cum id ... reliquis eiusdem disciplinae solis luce videatur clarius; D I, 6.

amnis: influxit ... abundantissimus amnis illarum disciplinarum et artium; R II, 34.

auctor: sic agam, ut ipsi auctori huius disciplinae placet; F I, 29. Etrusci .. habent exaratum puerum auctorem disciplinae suae; nos quem? Attumne ‖ Attiumne ‖ Navium? D II, 80.

auctoritas: Theophrastus ... vehementius etiam fregit quodam modo auctoritatem veteris disciplinae; A I, 33.

cognitio: hoc uno posito, quod est ad cognitionem disciplinae satis; L II, 48.

compositio: admirabilis compositio disciplinae incredibilisque me rerum traxit ordo; F III, 74.

discriptio: rerum ordo et discriptio disciplinae (facta est); A I, 17.

firmamentum: id illi firmamentum esse disciplinae putant; T IV, 7.

fons: hunc fontem habent disciplinae; D II, 50.

forma: est forma eius disciplinae, sicut fere ceterarum, triplex; F V, 9.

formula: certam quandam disciplinae formulam composuerunt, et eam quidem plenam ac refertam; A I, 17.

gloria: non possum .. dicere ... Lycurgum, Solonem legum et publicae disciplinae carere gloria; T I, 110.

leges: (nos) nullis ‖ nullius ‖ .. unius disciplinae legibus adstricti; T IV, 7.

magistra: tu inventrix legum, tu magistra morum et disciplinae fuisti; T V, 5.

patrocinium: ſ. II, 1. relinquo; N I, 6.

philosophi: horum posteri meliores illi quidem mea sententia quam reliquarum philosophi disciplinarum; F V, 13. omnes fere philosophi omnium disciplinarum ... eodem hoc animo esse potuerunt; T V, 90. hunc locum ceterarum disciplinarum philosophi quem ad modum obtinere possint, ipsi viderint; T V, 120.

princeps: tres .. trium disciplinarum principes convenistis; N I, 16. a Stoicis vel princeps eius disciplinae ... degeneravit, Panaetius; D I, 6. ſ. I. est; A II, 129.

signa: quae (pars) est in avibus ceterisque signis[que] disciplinae nostrae; L II, 32.

similitudo: ut ... exerceamur in venando ad similitudinem bellicae disciplinae; N II, 161.

vincula: quoniam te nulla vincula impediunt ullius certae disciplinae; T V, 82.

2. **mit Präpoſition:** locus de: repetam a te istum de educatione et de disciplina locum; L III, 30.

V. **Umſtand**: 1. **Ablativ**: admisceri: admiscentur .. (maritimae urbes) novis sermonibus ac disciplinis; R II, 7.

conferri: nullam omnium rerum publicarum aut constitutione aut discriptione aut disciplina conferendam esse cum ea, quam ..; R I, 70.

confirmari: intelleges .. non fortuito populum Romanum, sed consilio et disciplina confirmatum esse; R II, 30.

conservare, constituere: istam ipsam rem publicam, quam laudas, qua disciplina, quibus moribus aut legibus constituere vel conservare possimus; R II, 64.

depravari: ferarum natura non est illa quidem depravata mala disciplina, sed natura sua; F II, 33.

dissignari: ut .. nec domus nec res publica ratione quadam et disciplina dissignata || design. || videatur, ... sic ..; N III, 85.

divinari: ſ. I, 1. divinat.

fieri: hoc loco primum videtur insitiva quadam disciplina doctior facta esse civitas; R II, 34. ſ. II, 3. dico de; L III, 29.

habere: scaenicorum .. mos tantam habet vetere disciplina verecundiam, ut ..; O I, 129.

informari: qui haec disciplinis informata alia moribus confirmarunt, sanxerunt autem alia legibus; R I, 2.

perficere: perfecit .. (verecundiam) institutis et disciplinis; R V, 6.

praestare: cum (Lacedaemo) praestare putabatur disciplina rei publicae; R I, 50.

sequi: ſ. 2. sine; O I, 118.

tenere: (Pythagoras) tenuit magnam illam Graeciam cum [honore] disciplina, tum etiam auctoritate; T I, 38.

valere: in qua (re militari) cum virtute nostri multum valuerunt, tum plus etiam disciplina; T I, 2.

2. **Präpoſitionen**: a: quid a singulis philosophiae disciplinis diceretur; F I, 12.

in: in qua (disciplina puerili) una Polybius noster hospes nostrorum institutorum neglegentiam accusat; R IV, 3. ſ. II, 1. reprendo.

praeter: ſ. I. excludunt. II, 1. probo; A II, 7.

sine: nec tantum Karthago habuisset opum sescentos fere annos sine consiliis et disciplina; R I, fr 3. non nulli ... sine ‖ sive ‖ parentium disciplina rectam vitae secuti sunt viam; O I, 118.

discipulus, Zögling, Schüler: I, 1. adsequuntur: Xenocraten, ... cum quaereretur ex eo, quid adsequerentur eius discipuli, respondisse, ut id sua sponte facerent, quod cogerentur facere legibus; R I, 3.

confirmat: hanc opinionem discipulus eius (Pherecydis) Pythagoras maxime confirmavit; T I, 38.

degenerat: a Stoicis vel princeps eius disciplinae, Posidonii doctor, discipulus Antipatri, degeneravit, Panaetius; D I, 6.

dicit: Hecatonem .. Rhodium, discipulum Panaeti, video in iis libris ... dicere „sapientis esse“ ..; O III, 63.

est: ne discipulum abducam, times. tu vero, inquam, ducas licet, si sequetur; erit enim mecum, si tecum erit; F V, 86.

faciunt: ſ. adsequuntur.

scribit: matrem Phalaridis scribit Ponticus Heraclides, doctus vir, auditor et discipulus Platonis, visam esse videre ..; D I, 46.

sequitur: ſ. est.

spernunt: magister ut discipulos metuat et iis blandiatur spernantque discipuli magistros; R I, 67.

ohne **Verb**: post Euclides, Socratis discipulus, Megareus, a quo iidem illi Megarici dicti; A II, 129.

2. sum: audivit .. (Carneades) Hegesinum, qui Euandrum audierat, Lacydi discipulum, cum Arcesilae Lacydes fuisset; A II, 16. regem istum Numam Pythagorae ipsius discipulum aut certe Pythagoreum fuisse; R II, 28.

II, 1. abduco: quem (Ciceronem) discipulum cupio a te abducere; F V, 75. ſ. I, 1. est.

accipio: rudem me et integrum discipulum accipe; N III, 7.

agnosco: ut Theophrasti discipulum possis agnoscere; O I, 3.

audio: qui (Socrates) Archelaum, Anaxagorae discipulum, audierat; T V, 10. ſ. I, 2. A II, 16.

cogo: ſ. I, 1. adsequuntur. — duco: ſ. I, 1. est.

metuo: ſ. I, 1. spernunt.

quaero: hoc loco discipulos quaerere videtur; F II, 30.

2. blandior: ſ. I, 1. spernunt.

videor: aliud Antipatro (videri solet), discipulo eius (Diogenis), homini acutissimo; O III, 51.

3. dico a: ſ. I, 1. ohne **Verb**.

III. sententia: cuius (Zenonis) discipuli Aristonis non minus magno in errore sententia est; N I, 37.

IV. a: post .. ab Eudoxo Cnidio, discipulo, ut ferebat, Platonis, eandem illam (sphaeram) ... esse descriptam; R I, 22. quod eo magis miror, quia scriptum a discipulo eius Posidonio est ... vixisse Panaetium ..; O III, 8.

discludo, trennen: quas (partes) is, contra quem haec dicuntur, semotas a mente et disclusas putat; T I, 80.

disco, lernen, kennen lernen, erfahren: I. **abſolut**: 1. **unperſönlich**: a. **ſubſtantiviſch**: α. capio ex: quam (voluptatem) ex discendo capiant; F V, 48.

moveo ad: quibus (invitamentis) ad discendum cognoscendumque moveamur; F V, 52.

β. studiosus: neque solum vivi atque praesentes studiosos discendi erudiunt atque docent, sed ... etiam post mortem ..; O I, 156.

propensus ad: non solum ad discendum propensi sumus, verum etiam ad docendum; F III, 66.

γ. cupiditas: ut homines ad earum saxa discendi cupiditate adhaerescerent; F V, 49. a quibus propter discendi cupiditatem videmus ultimas terras esse peragratas; F V, 50.

delectatio: huic discendi quaerendique divinae delectationi toto se animo dedissent? T V, 115.

difficultas: difficultas laborque discendi disertam neglegentiam reddidit; D I, 105.

facultas: ratio ... certe est communis, doctrina differens, discendi quidem facultate par; L I, 30.

genus: ubi ea (disciplina) quaeretur, cum ab hoc discendi genere discesseris? O II, 6.

labor: si discendi labor est potius quam voluptas; O III, 6. ſ. difficultas.

progressio: quae (officia) et ingenii bonitate multi assequuntur ‖ assecuntur ‖ et progressione discendi; O III, 14.

studium: quod facile sentio, quam multorum non modo discendi, sed etiam scribendi studia commoverim; N I, 8. ut ... in explicandis rationibus rerum civilium quandam facultatem non modo usu, sed etiam studio discendi et docendi † essemus auctores; R I, 13. ut me sic audiatis, ... ut unum ... studio .. discendi a pueritia incensum, usu tamen et domesticis praeceptis multo magis eruditum quam litteris; R I, 36.

erat in homine ... summum vel discendi studium vel docendi; R II, 1. discendi .. studio (philosophi) impediti, quos tueri debent, deserunt; O I, 28. quid ego de studiis dicam cognoscendi semper aliquid atque discendi? Lae 104.

voluptas: ſ. labor.

celeritas ad: naturae celeritatem ad discendum et memoriam dabant; A I, 20.

ð. ali: hominis .. mens discendo alitur et cogitando; O I, 105.

conciliare: quae (ratio, oratio) docendo, discendo, communicando, disceptando, iudicando conciliat inter se homines; O I, 50.

consumere: ut (sapientes) omne tempus inquirendo ac discendo in naturae cognitione consumant; F V, 53.

